

SYNTAXIS

Græcitatis Novi Testamenti.

Usibus auditorum suorum
concinnavít

D^{or.} Eduardus Dominik,

Studii biblici N. T. in c. r. facultate theologica Olomucensi professor p. e.

Fasciculus primus.

Cum approbatione reverendissimi ordinariatus Olomucensis.

OLOMUCII 1901.

Typis officinæ princ.-archiepisc.

Sumptibus auctori

Præfatio.

In exaranda „Syntaxi Græcitatis Novi Testamenti“ hoc maxime intendebam, ut manibus auditorum meorum traderem subsidium, cuius ope libros ss. N. T. etiam in lingua originaria — græca — legere et rite intelligere possent. Ut autem syntaxis hæc simul usibus scholaribus inserviret, conscripsi eam in lingua latina, quia expositio s. scripturæ in nostra facultate latine fit.

Sincere fateor, me in conscribendo hoc libello operibus auctorum eandem materiam tractantium, nempe: Winer's Grammatik des neutestam. Sprachidioms (neu bearbeitet — unvollendet — vom Paul Schmiedel), Blass: Grammatik des neutest. Griechisch, Schilling: Hebraismi Ni. Ti., Wieser: Grammatik des N. T. (Monographia), Wilke – Loch: Lexicon græcolatinum N. T. — usum esse; præterea adhibui commentarios in libros ss. N. T. Bernardini a Piconio, Fr. Sušil, M. Mlčoch, J. Pánek, August. Bisping, Schanz, Pölzel etc. — Conformatiōnem materiæ accommodavi gramm. ling. græc. (auctore Niederle) auditoribus e studio gymn. bene notæ.

Primum huius libelli fasciculum e manibus emittens propono non solum brevi tempore et alterum typis edere, sed etiam integrum opusculum Deo favente amplificare et iuxta vires meas perfectius reddere.

Ceterum omnia iudicio Magisterii ecclesiastici infallibilis subiciens unice opto, ut hoc scriptum aliquam saltem utilitatem Theologiæ studiosis adferat.

Oломуцii, festo SS. Cyrilli et Methodii, Apostolorum et Patronorum Moraviæ 1901.

Auctor.

Syntax.

Sectio I. De primariis enuntiationis partibus earumque concordantia.

§ 1. De subiecto.

Subiectum exprimi solet voce flexibili (nomine, pronomine, adiectivo, numerali) vel inflexibili (infinit. adverb. etc.); item quæcunque phrasis imo et integra propositio, quæ articulo præposito potestatem substantivi habet, subiectum enuntiationis esse potest. Subiectum omissum facile vel e contextu (e. g. homines, persona vi officii seu muneris sui agens ὁ κῆρυξ ad ἐκκήρυξε) vel e verbo finito (pronomen personale) subintelligitur. Impersonalia in N. T. non tam frequentia sunt sicut in libris veterum Græcorum; sic. e. g. ὅντει, βροντᾶ prorsus non legitur; βρέχει Mt. 5, 45 cum subiecto θεός coniungitur; λέγει, μαρτυρεῖ et sim. vel impersonaliter vel cum subiecto θεός, πνεῦμα, γραφή occurunt. Ad σαλπίσει I. C. 15, 52. supplendum est: ἡ σάλπιγξ (in Vulgata: canet tuba) et non ὁ σαλπίγτης.

Sæpius invenies in N. T. constructionem' impersonalem pass. 3. pers. sing; e. g. Mt. 7, 2. Ἐν φῷ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis; L. 6, 38: δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν, date et dabitur vobis; sim. Mr. 4, 24. 25. quam immediate sequitur 3. pers. plur. act.: μέτρον καλὸν δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν, mensuram bonam . . . dabunt in sinum vestrum. Ad 3.

pers. pl. act. in constructione impersonali plerumque subiectum „homines“ subintelligendum est: Mt. 7, 16 συλλέγουσιν, Mr. 10, 13 προσέφερον, L. 17, 23 ἔροῦσι; sed ad συνάγουσιν καὶ . . . βάλλουσιν Jo. 15, 6. coll. Mt. 13, 41. 42. est subiectum „ἄγγελοι.“ — Verba παρέθεντο — αἰτήσουσιν L. 12, 48. et δώσουσιν 6, 38. ad Deum referenda esse e materia substrata cognoscitur.

§ 2. De prædicato.

Prædicatum, quo aliquid de subiecto enuntiatur, exprimitur vel verbo finito vel verbo εἶναι (copula) cum aliquo complemendo (nomine, adiectivo, casu præposit etc.)

Εἶναι sine tali additamento positum notionem existentiae habet. Copula εἶναι sæpe in 3. pers. sing. præs. supprimitur imprimis in sententiis communibus et in talibus propositionibus, quibus, quod fieri debet vel decet vel potest, edicitur e. g. Mt. 5, 3.—10. Μακάριοι οἱ . . . Beati (sc.) sunt, qui . . . ; Jac. 1, 12. Μακάριος ἀνήρ, ὃς . . . Beatus ille sc. est . . . qui, Heb. 19, 16. ὅπου διαθήκη, θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τυū διαθεμένου . . . ubi enim testamentum est (i. e. ut valeat), mors necesse est intercedat testatoris; Act. 2, 29. Ἄνδρες ἀδελφοί, ἐξὸν εἰπεῖν . . . Viri fratres, liceat dicere; Mt. 24, 24 ὃστε πλανῆσαι εἰ δύνατόν, καὶ τοὺς ἐκλεκτούς . . . ita ut in errorem inducantur, (si fieri potest) etiam electi; Heb. 8, 1. κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις. Præcipuum eorum, quæ dicimus, est.

In interrogationibus et exclamationibus:

Mt. 8, 29. Τί ἡμῖν καὶ σοί . . . quid nobis et tibi (negotii est)? 1 Cor. 15, 32. Τί μοι τὸ ὄφελος . . . quid mihi prodest?

Act. 19, 28: Μεγάλη ἡ Ἀρτεμις Ἐφεσίων . . . Magna est Diana Ephesiorum! Rom. 11, 33: Ως ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius!

Nonnunquam et aliæ formæ omissæ sunt e. g.:

„ὁ ὄνομα“ sc. ὃν; L. 1, 26 cui nomen erat.. Ἰλεώς σοι sc. ὁ θεός εἴη. propitius sit tibi Deus = prohibeat Deus v. absit hoc; item: ὃν, ὃσαν, ἐγένετο post ἴδού non leguntur e. g.:

Mt. 3, 17 Καὶ ἰδού, φωνή (sc. ἐγένετο) ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα . . .
Et ecce vox de cœlis facta est (erat audita) dicens L.
5, 18: Καὶ ἰδοὺ ἄνδρες φέροντες (sc. ἦσαν v. παρῆσαν) . . . Et
aderant viri portantes . . . Act. 13, 11 Καὶ νῦν ἰδοὺ χεὶρ κυρίου
ἐπὶ σέ. Ecce manus Domini super te est.

Plerumque ἔστω subintelligendum est; e. g. Mt. 27, 19.
μηδὲν σοὶ καὶ τῷ δικαιῷ ἔκεινῳ . . . Nihil tibi rei sit cum iusto
illo; sim. Rom. 12, 9. II. Cor. 8, 16. Heb. 13, 4. 5.

In doxologiis ἔστιν vel εἴη subaudiendum est. Quodvis
aliud verbum suppressum sine difficultate suppleri potest; e. g.
οὐχ ὅτι = οὐ λέγω, ὅτι τὸν πατέρα ἐώρακέν τις Jo. 6, 46; τὸ αἷμα
ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν sc. ἐλθέτω Act. 18, 6; conf. Mt. 27,
25. — L. 22, 26.

§ 3. De ratione, qua praedicatum subiecto adiungitur.

I. regula: Verbum finitum suo subiecto in eodem nu-
mero apponitur.

II. regula: Nomen praedicati cum subiecto in numero,
casu et, si possibile est, etiam in genere congruit.

Attamen ab his regulis auctores N. T. sæpius et iam pro-
bati Græciæ scriptores vario modo abierunt et quidem :

1. in numero: a) Nominibus pluralibus neutrius generis
verbum in singulari additur; e. g. Act. 1, 18 ἔξεχύθη πάντα τὰ
σπλάγχνα αὐτοῦ . . . diffusa sunt omnia viscera eius.

Sed in multis locis N. T. neutris pluralibus (imprimis si
personas significant) etiam verbum finitum in plurali adiectum
legitur e. g. Mt. 12, 21 καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσι . . .
et in nomine eius gentes sperabunt. Mt. 10, 21 ἐπαναστήσονται
τέκνα ἐπὶ γονεῖς . . . καὶ θανατώσουσι . . . et consurgent filii in pa-
rentes et morte afficient. Jo. 19, 31. —

Nomen δαιμόνια sæpissime cum sing. L. 4, 41 ἐξήρχετο δὲ
καὶ δαιμόνια ἀπὸ πολλῶν - κράζοντα.

Nomen πνεύματα cum sing. vel cum pl.; L. 10, 20. Mr. 3, 11.

Interdum neutra pl. alterum verbum in sing., alterum in pl. sequitur; e. g. Jo. 10, 27 τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γιγνώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθοῦσίν μοι.

b) Collectivis in sing. prædicatum sæpiissime in plur. adponitur; e. g. Mt. 3, 5. 6. Τότε ἔξεπορεύετο πᾶσα ἡ Ἰουδαία . . . καὶ ἐβαπτίζοντο . . . ἔξομολογούμενοι. Mt. 21, 8 ὁ δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν . . . plurima turba straverunt. L. 2, 13 ἐγένετο πλῆθος στρατιᾶς . . . αἰνούντων τὸν Θεὸν καὶ λεγόντων . . . facta est multitudo militiae laudantium Deum et dicentium. Jo. 7, 49 ἀλλ' ὁ ὄχλος οὗτος . . . ἐπικάταρτοί εἰσιν. Act. 25, 24 ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἐνέτυχόν μοι . . . omnis multitudo Judæorum interpellavit me 1. Cor. 16, 15 οἴδατε τὴν οἰκίαν Στεφανᾶ, ὅτι . . . ἔταξαν ἑαυτούς . . . nostis domum Stephanæ quoniam ordinarunt se.

N o t a. Post collectiva haud raro duorum prædicatorum, etsi prius in sing. legatur, alterum in pl. sequitur, e. g. Mar. 9, 15 πᾶς ὁ ὄχλος ἴδων αὐτὸν, ἔξεθαμβήθη, καὶ προστρέχοντες ἦσπάζοντο αὐτόν = viso eo universa turba expavit, et accurrentes eum salutabant. Simil. Jo. 6, 2. ἥκολούθει αὐτῷ ὄχλος πολύς, ὅτι ἔώρων τὰ σημεῖα = sequebatur turba multa, quia videbant signa.

2. in genere: a) Substantivis masculinis et femininis prædicatum (adiec. pron.) nonnunquam in neutro additur, ita tu potestatem substantivi magis habeat (Cicero: Commune omnium animalium est coniunctionis appetitus.) Mt. 6. 34. ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς = sufficit diei malitia sua; II. Cor. 2, 6 ἕκανον τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων = sufficit illi, qui eiusmodi est, obiurgatio hæc, quae fit a pluribus. Gal. 6, 3. εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναι τι = nam si quis existimat se aliquid esse.

Aliter Rom. 11. 15 εἰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν καταλλαγὴ κόσμου (si enim rejectio eorum sc. Judæorum reconciliatio i. e. occasio reconciliationis mundi sc. Gentilibus [fuit]), τίς = quid ἡ προλήψις scil. erit i. e. quanto magis conversio erit causa . . . Eph. 1, 18. Τίς ἐστιν ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως = quæ sit spes vocationis eius.

b) Pronomen demonstrativum, ubi locum subiecti tenet, cum nomine prædicati in numero et genere construitur e. g. Mt. 22, 38. αὕτη ἐστιν ἡ μεγάλη ἐντολή = hoc est maximum præceptum.

Relativum, quo inducuntur propositiones interprætativæ, in neutro ponitur (class.) Mt. 27, 33 τόπον λεγόμενον Γολγοθᾶ, ὃ ἐστιν χρανίου τόπος = in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvariæ locus. Mar. 3, 17 Βοανηργές, ὃ ἐστιν, νύ̄ οἱ βροντῆς = Boanerges, quod est, filii tonitrui. Mar. 12, 42. λεπτὰ δύο, ὃ ἐστιν κοδράντης = duo minuta, quod est quadrans. — Eph. 6, 17 τὴν μάχαιραν . . . , ὃ ἐστιν ῥῆμα θεοῦ . . . gladium Spiritus, quod est verbum Dei; ὃ ἐστι = τοῦτ' ἔστι; Mt. 27, 46 ἤλι . . . τοῦτ' ἔστι . . . Heb. 2, 14 τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τούτου τὸν διάβολον = ut destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum.

§. 4. De ratione, qua pluribus subiectis prædicatum adiungitur.

Hac in re s. auctores scribendi consuetudinem veterum Græcorum passim observant, etenim:

a) Pluribus subiectis, si diversæ sunt personæ grammaticæ, prædicatum in persona priori apponitur: e. g. L. 2. 48: ὁ πατὴρ σου καὶ ὁ δυνάμενος ἔξητοῦμέν σε = pater tuus et ego, dolentes quaerebamus te; Jo. 10, 30: Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐσμεν = Ego et Pater unus sumus.

b) Verbum, quo pluribus subiectis aliquid attribuitur, aut α) in sing. quasi impersonaliter (quæ etiam Hebræorum est ratio) præcedit. Jo. 2, 2: Ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ = Invitatus est autem et Jesus et discipuli eius; I. Cor. 13, 13. Col. 4, 10. 11.

aut β) in plur. sequitur: L. 2, 48. Act. 15, 35 Παῦλος καὶ Βαρνάβας διέτριψον ἐν Ἀντιοχείᾳ = Paulus et Barnabas commorati sunt Antiochiæ.

Nota: α & β in eadem propositione: Act. 5, 29.: Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος καὶ οἱ ἀπόστολοι εἶπον = Respondens autem Petrus et apostoli dixerunt.

aut γ) numero primi nominis, ad quod positum est, aequalatur, ad reliqua subiecta subintelligitur e. g. Jo. 4, 12 καὶ αὐτὸς ἔπιε καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ = et ipse babit, et filii eius et pecora eius (scil. biberunt.) Luc. 6, 3. ἐπείνασεν αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ὄντες esuriit ipse et qui cum eo erant.

Nota. Verbum in pl. in exordio orationis positum non nunquam consociationem subiectorum indicat Mr. 10, 35, προσπορεύονται αὐτῷ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου; Jo. 21, 2: ἦσαν δύο Σίμων Πέτρος καὶ.

c) Si duobus substantivis diversi generis adhæret, prædicatum plerumque in masc. genere ponitur, e. g. L. 1, 5. 6. Ζαχαρίας . . . καὶ ἡ γύνη αὐτοῦ ἦσαν δίκαιοι — ἀμφότεροι . . . πορευόμενοι . . . ἀμερπτοι. Zacharias et uxor eius erant iusti ambo — procedentes . . . irreprehensibiles. L. 2, 33: Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ θαυμάζοντες Josefus et mater eius mirantes. Jac. 2, 15.

Si nominum subiectorum disiunctio fit, prædicatum in sing. penitur; e. g. Mt. 5, 18: ἵωτα ἐν ᷂ μίᾳ κεφαίᾳ οὐ μὴ παρέλθῃ iota unum, aut unus apex non præteribit; Gal. 1, 8: ἐξν ἥμετες ἢ ἀγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζεται = licet nos aut angelus de cœlo evangelizet.

§ 5. De appositione.

1. Vox apposita non ubique in eodem casu, quo ea, cui applicandæ inservit, legitur. Imprimis nomina locorum substantivo πόλις, in alio casu posito, in genitivo, queν ἐξηγητικόν nominant, adduntur; e. g. II. Petr. 2, 6 πόλεις Σιδόμων καὶ Γομόρραχ. Eodem modo auctores græci et romani scripserunt.

2. Interdum vox adposita enuntiationem, cuius illustrandi causa additur, antecedit, quam rationem non solum poëtæ, sed etiam oratores amaverunt; propterea plurimis locis penes auctorem est, quamnam vocem, num nomen proprium an appellativum, num generale an speciale ut adpositum cogitet, cum e. g. υἱός

μου, Σωσθένης, et Σωσθένης, uīos μου, utrumque ad idem indicandum dici potest. Sic. in N. T. legitur. Tit. 1, 3: κατ' ἐπιταγὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ = iuxta mandatum Salvatoris nostri Dei; II. Pe. 1, 11: Κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ = Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi.

3. Non raro toti alicui enuntiationi, ut additamento clarescat, nomen idque potissimum in casu quarto adnectitur, quæ ratio etiam veteribus Græcis frequentissima fuit; e. g. Rom. 12, 1. παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς — παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ὅγιαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν Obsecro itaque vos... ut exhibeatis corpora vestra hostiam... Deo placentem, in qua re rectus vester Deum colendi modus cernitur. I. Tim. 2, 6 ὁ δοὺς ἔαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων, τὸ μαρτύριον καιροῖς, ιδίοις — τὸ μαρτύριον pertinet ad sententiam præcedentem: er hat sich selbst als Lösegeld für viele dargegeben, was ein Zeugnis ist

Sectio II. — De usu nominum.

Caput I. De substantivis.

§ 6. De numero.

1. Non solum nomina gentilia, sed etiam alia nomina appellativa haud raro collective sumenda sunt, ita ut singularis pro plurali positus sit (enallage numeri), cum unum individuum universam classem repræsentet; e. g. Gal. 3, 28, Col. 3, 11. "Ελλην, Ιουδαῖος, Βάρβαρος, Σκύθης — Gal. 3, 28 δοῦλος, ἐλεύθερος ἄρσεν, θῆλυ = servi, liberi, mares, feminæ. Gal. 5, 10 ὁ ταράσσων = perturbatores, I. P. 4, 18 ὁ δίκαιος, ἀσεβής, ἀμαρτολός.

Nonnunquam etiam substantivum ad genitivum (v. dativum) possesionis pluralem positum in singulari legitur, etiamsi res substantivo significata pluribus singillatim attribuatur; e. g. I. Cor., 6, 9: τὸ σῶμα ὑμῶν = corpora vestra, Apoc. 11, 8 τὸ πτῶμα αὐτῶν = cadavera eorum, Apoc. 6, 11 αὐτοῖς στολὴ λευκὴ = iis vestes albæ sc. datæ sunt.

2. Interdum s. scriptores nomen in pl. posuerunt, quamvis unum modo subiectum cogitarent, idque ex imitatione veterum auctorum fecerunt, cum in re gesta narranda sententiam universalem exprimere cuperent, et orationi maiorem vim ac potestatem suggerere studerent; e. g. Mt. 9, 8: δόντα τοῖς ἀνθρώποις τοιαύτην ἔξουσίαν, quamvis auctor plurali τοῖς ἀνθρώποις Jesum cogitaverit.

3. Nonnulla nomina, unum obiectum notantia, ubique fere in pl. leguntur, ratione inde sine dubio exorta, quod rerum, quas indicant, partes singulæ simul cogitabantur, e. g. τὰ ἄγια templum Jeros., quod tribus partibus constabat; Hebr. 9, 12., 24. etc.; οἱ αἰῶνες = universus mundus, Hebr. 1, 2. I. Tim 1, 17; οἱ οὐρανοί . . . II. Cor. 12, 2; τὰ δεξιά Mt. 26, 64 non solum dextera manus, sed et dexterum corporis latus.

Nomina urbium: Ἀθῆναι, Πάταραι, Φίλιπποι e. a.

Nomina festorum: ἐγκαίνια Jo. 10, 22; τὰ φῶτα; τὰ σάββατα M r. 16, 2 = septimana, quæ septem diebus constabat.

Sæpiissime etiam diem sabbatum modo indicans in pl. legitur Mt. 12, 1, 28, 1.

Nota. Pluralis abstractorum varios modos et formas eorum simul indicat; e. g. II. Cor. 12, 20; θάνατοι II. Cor. 11, 23 = varia mortis pericula.

§ 7. De genere.

1. Ad exprimendam universalitatem ab Hebræis idem substantivum in masc. et fem. genere poni solet; simile exemplum invenitur I. C. 7, 15: οὐ δεδούλωται ὁ ἀδελφὸς ἢ ἡ ἀδελφὴ ἐν τοῖς τοιούτοις i. e. nemo christianorum in huius modi servituti subiectus est.

Adiectiva et participia neutra omnes homines aut aliquam classem hominum collective indicant, de quibus vide § 24. de adiectivis.

2. Masc. pro feminino positum exstat Mr. 12, 28: ποία ἐστὶ πρώτη πάντων (recte πασῶν) ἐντολή = quale est primum omnium mandatum?

Nota. Femin. pro neutro positum esse videtur Mt. 21, 42 = Mr. 12, 11: παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη i. e. τοῦτο a Domino factum est hoc, καὶ ἔστι θαυμαστή i. e. θαυμαστὸν et est mirabile ἐν ὄφθαλμοις ἡμῶν. Hebræos, qui, cum adiectivis carerent, ad res inanimatas notandas, itemque ad totum genus indicandum, feminino utebantur, LXX interpretes sæpius, e scriptoribus N. T. modo Mt. et Mr. in loco V. T. ex illorum versione adferendo imitati sunt.

§ 8. De casibus et quidem in specie de nominativo et vocativo.

1. In nominativo ponitur non solum nomen subjecti, sed etiam nomen prædicati (dupl. nominativus). Ex Hebr. constructione haud raro nominativus præd. per accusativum cum præp. εἰς et assumpto verbo εἶναι v. γίνεσθαι periphrastice exprimitur, eaque ratio scribendi non solum in dictis e V. T. translati, sed etiam alias reperitur; e. g. Mt. 19, 5 (coll. Genes. 2, 24) ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μὲν i. e. erunt duo una caro; Mt. 21, 42 (coll. psalm. 118, 22): οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας = hic factus est caput anguli; L, 2, 34: οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν = hic est ruina et resurrectio; I. Cor. 4, 3: ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἔστιν = mihi autem minimum est i. e. minimi facio etc.

Nota 1. Nomina propr. et appell. rarius quidem in nominativo absque coniunctione gram., sæpius tamen in eodem casu cum substantivo „ὄνομα“ posita leguntur; Apoc. 9, 11: ὄνομα ἔχει Ἀπολλύων; Mt. 1, 21: καλέσεις ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν = vocabis nomen eius Jesum; Act. 27, 1: ἐκαποντάρχη ὄνόματι Ἰουλίῳ = centurioni nomine Julio.

Nota 2. Nominativo nonnunquam determinatio temporis neglecto coniunctionis gram. vinculo indicatur; e. g. L. 9, 28: ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους, ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτώ, καὶ . . . factum est autem post hæc verba fere dies octo . . .

Nota 3. Nominativus interdum in exordio orationis positus verbo finito caret, propterea a nonnullis nominativus absolutus

appellatur, quæ constructio inde exorta esse videtur, quod scriptor subiectum ante periodum inceptam per se — cum prædicato non coniunctum sibi cogitaret — vel propositionem interponens a recta via oblivione lapsus aberraret; e. g. Jo. 7, 38 ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, καθὼς εἶπεν ἡ γρυφή, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν etc. L. 13, 4; — 21, 6. Jo. 17, 2. (Vide § 88 de anacolut.)

Nota 4. Scriptores N. T. sæpiissime pro vocativo nominativum cum articulo posuerunt secuti consuetudinem et Hebræorum et antiquorum Græcorum, qui non solum in exclamando, sed etiam in alloquio primo casu utebantur; e. g. Mt. 27, 29 χαῖρε, ὁ βασιλεὺς Ἰουδαίων... Ave, rex Judæorum... L. 8, 54 η παῖς, ἐγείρου... filia, surge!..., Luc. 18, 11; Jo. 13, 13; 20, 28.; Rom. 8, 15; Hebr. 1, 8.

2. Vocabulus in exclamationibus et alloquiis locum suum habet et propositioni sine grammaticalí coniunctione inseritur interiectione ὃ addita vel sæpius omissa; e. g. Act. 18, 14: ὃ Ιουδαῖοι; 27, 21: ὃ ἄνδρες; sine ὃ: ἄνδρες Αθηναῖοι Act. 17, 21 ἄνδρες ἀδελφοί; — 7, 26; 14, 15; 27 10.

In oratione affectuosa fere semper cum ὃ; e. g. Mt. 15, 28: ὃ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις = mulier, magna est fides tua; Mt. 17, 17: ὃ γεννεὰ ἀπίστος καὶ... o generatio incredula; Ac. 13, 10: ὃ πλήρης παντὸς δόλου... o plene omni dolo (fili diaboli), sed statim uie διαβόλου... fili diaboli. Admiratione commotus exclamavit s. Paulus Rom. 11, 33: ὃ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ — o altitudo divitarum sapientiæ et scientiæ Dei!

§ 9. De genitivo.

Substantiva in genitivo apposita sunt vel aliis substantivis vel adiectivis et participiis vel verbis.

I. Genitivus aliis substantivis appositus.

a) Genitivus possesivus, quo significatur persona aliquid possidens vel cui aliquid pertinet; e. g. Hebr. 13, 13: τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ (X—oū) φέροντες = improperium eius portantes; Col. 1, 24. ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ = adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi.

Huic affinis est genetivus adhærentiæ (sclt. ad stirpem v. progeniem) et quidem:

α) sensu proprio; nomen regens υἱός, μήτηρ, γυνή e. a. sæpiissime omittitur, cuius loco plerumque artieulus legitur, e. g. Mt. 10, 2: Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου sclt. filius; Mr. 16, 1: Μαρία ἡ Ἰακώβου sclt. mater; Mt. 1, 6... Σολομῶντα ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου... ἐκ τῆς = ex uxore; sim. Jo. 19, 25: Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ... uxor; L. 6, 16. et Act. 1, 13: Ιούδας Ἰακώβου sclt. ἀδελφός = frater. Adhærentia ad familiam v. domum: I. Cor. 1, 11: ὑπὸ τῶν Χλόντων = ab iis, qui sunt Chlœs (familia christiana Corinthi); Rom. 16, 11: ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου = salutate eos (Ch—anos), qui sunt ex Narcissi domo (etiam servos.)

β) sensu improprio: Mt. 9, 15: οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶννος = filii sponsi i. e. amici sponsi; Jo. 17, 12; I. Thes. 5, 5: υἱοὶ φωτὸς καὶ υἱοὶ λύμέρας = filii lucis estis et filii diei i. e. vos estis cognitione veræ doctrinæ prædicti et virtutum studiosi; Hebr. 10, 39: ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐσμὲν ὑποστολῆς εἰς ἀπώλειαν (Vulg. subtractionis filii), ἀλλὰ πίστεως εἰς περιποίησιν ψυχῆς i. e. nos autem non sumus religionis desertores, quo perdamur, sed fiduciam in Christo reponimus, quo felicitatem acquiramus.

Genit. possess. cum verbis εἶναι et γίνεσθαι coniunctus (complemen. prædicati.) Mt. 22, 28; Mr. 12, 23: τίνος τῶν ἔπτα ἔσται γυνή complete: ἡ γυνὴ τίνος ἔσται γυνή; sim. Hebr. 5, 14: τελείων (sclt. τροφῆ) ἔστιν ἡ στεφανὴ τροφή... perfectorum (cibus) est solidus cibus = doctrinæ sublimiores.

Nota. Ad hunc genit. possess. in vertendo rite exprimendum variis utimur aptis dictionibus: I. Cor. 6, 19: οὐκ ἔστε αὐτῶν = non estis vestri iuris i. e. non potestis ad arbitrium vestrum corporibus vestris uti; Act. 1, 7: οὐχ ὑμῶν ἔστι γνῶναι χρόνους ἢ καιρούς = non est vestrum etc.; es steht euch nicht zu; es ist nicht eure Sache.

b) Genitivus obiectivus — propterea ita appellatur, quia est obiectum verbi, cuius actio in substantivo regenti continetur, itaque ab iis, qui in latinum idioma vertunt, præpositionum auxilio (de, in...) resolvendus est: Mt. 13, 8: παραβολὴ τοῦ σπείροντος = parabola de seminatore; L. 6, 7:

χατηγορία αὐτοῦ = accusatio in eum; Act. 4, 9: εὔεργεσία ἀνθρώπου = beneficium in hominem collatum, I. Cor. 1, 18: λόγος τοῦ σταυροῦ = doctrina de cruce.

Nota 1. Nonnunquam dubium oriri potest, utrum genitivus subiectivus an objectivus sit; e. g. εὐαγγέλιον Χριστοῦ potest verti: doctrina de Christo (col. Mt. 4. 3 et Rom. 1, 3), sed etiam doctrina a Christo prædicata; discrimen inter utrumque genitivum e contextu orationis cognosci potest.

Nota 2. Substantivum regens in evangeliis fere ubique præcedit, in Pauli autem ac hic ibi in Petri epistolis post nomen in gen. locum habet. Articulus ad utrumque substantivum plerumque aut additur aut omittitur.

c) Genitivus qualitatis et materiæ; genitivo qualitatis Hebræi compensabant adiectiva, quorum inopia premebantur, ideoque in N. T. sæpiissime occurrit; Luc. 16, 8: ὁ οἰκόνομος τῆς ἀδικίας, ὁ μαρωνᾶς τῆς ἀδικίας = ὁ ἀδικος μαρωνᾶς; Act. 6, 11: ῥήματα βλασφημίας = βλάσφημα (sic in nonnullis manuscr.); Hebr. 3, 12: χαρδία πονηρὰ ἀπιστίας = cor malum et incredulum (= propter malitiam ad incredulitatem inclinans); Hebr. 12, 15: φίλα πικρίας; L. 4, 22: οἱ λόγοι τῆς χάριτος = verba auditu incunda; Jac. 2, 4: κοιταὶ διάλογισμῶν πονηρῶν = iudices, qui mala ratiocinia sequuntur; I. Pet. 1, 14: τέκνα ὑπακοῆς = filii obœdientes; Col. 1, 13: υἱὸς τῆς ἀγάπης = filius dilectus.

Quædam singulares constructiones huius genitivi:

α) I. Tim. 6 17: ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι = in divitiis incertis; Rom. 6, 4: ἐν καινότητι ζωῆς = in vita nova.

β) Gal. 3, 14: ἐπαγγελία τοῦ πνεύματος = πνεύμα ἐπαγγελόμενον = Spiritus promissus.

γ) Act. 5, 20: τὰ ρήματα τῆς ζωῆς ταύτης = hæc verba salutis i. e. hanc doctrinam salutarem); Rom. 7, 24: σῶμα τοῦ θανάτου τούτου = hoc corpus mortale.

δ) γενεαὶ γενεῶν = omnes generationes iuxta hebraicum.

Genitivus materiæ non solum indicat materiam, de qua aliquid confectum, sed etiam, qua aliquid impletum est; e. g. Col. 1. 22: ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ i. e. in corpore vere

humano, passibili; Mr. 14, 3: ἀλάβαστρον μύρου i. e. alabastrum continens unguentum; Jo. 21, 8: τὸ δίκτυον τῶν ἵχθυων... = rete impletum piscibus; L. 16, 6: ἐκαπὸν βάπτους ἐλαίν. = centum cados olei; Luc. 16, 7: ἐκαπὸν κόρους σίτου = centum coros tritici.

d) Genitivus epexegeticus vel determinativus vel appositi, quo substantivum regens explicatur vel aliquo modo determinatur; e. g. II. Pet., 2, 6: πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόρρας... Jo. 2, 21: τοῦ νάου τοῦ σώματος αὐτοῦ = de templo corporis sui i. e. templo significavit corpus suum; Rom. 4, 11: σημεῖον περιτομῆς = signum circumcisionis; II. Cor. 5, 5: τὸν ἀρρένων τοῦ πνεύματος = pignus Spiritus s.

In explicando hoc genitivo adhuc quasdem voces in auxilium vocamus, quas N. T. scriptores, brevitati studentes, suppresserunt; e. g. Eph. 2, 3: τέκνα ὄργης sunt homines div. poenae obnoxii, Col. 1, 20: αἷμα τοῦ σταυροῦ est sanguis Christi in cruce, qua peperdit, effusus; Ephes. 4, 18: ἡ ζωὴ τοῦ θεοῦ = vita, quæ Deo placet. Jo. 5, 29: ἡ ἀνάστασις ζωῆς = resurrectio, quam sequetur vita æterna; L. 11, 29: σημεῖον Ἰωνᾶ = miraculum illi simile, quod in Jona accidit. Juda 11: τῇ ὁδῷ τοῦ Καΐν ἐπορεύθησαν..... sicuti Kain.....; Mt. 10, 5: ὁδὸς ἐθνῶν = via ad gentiles; 4, 15: ὁδὸς θαλάσσης = via versus mare; Jo. 10, 7: ἡ θύρα τῶν προβάτων = ostium ad oves, sed etiam: ostium, quo oves intrant ad Jesum; Mt. 1, 11: μετοχεσία Βαβυλῶνος = transmigratio in Babyloniam; II. Cor. 11, 26: κίνδυνοι ποταμῶν i. e. pericula, quæ imminebant ab inundationibus fluminum.

e) Genitivus partitivus, quo significatur totum vel universalitas, de qua pars quædam sumitur vel aliquo modo intelligitur; apponitur substantivis, adiectivis, numeralibus, adverbiosis; in N. T. sæpiissime cum præpositionibus ἐξ, ἀπὸ vel etiam eius loco ἐν cum dativo occurrit, I. Cor. 1, 27. et sequ. τὰ μωρὰ, τὰ κοσμενῆ, τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου; Mt. 24, 8: ἀρχὴ ὠδίνων; L. 5, 6: πληθυσ ἵχθυων; L. 11, 1: εἰπέν τις τῶν μαθητῶν Mt. 5, 29: ἐν τῶν μελῶν σου..... L. 18, 12; Mt. 3, 7: ἴδων δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων Mt. 28, 1: ὁψὲ δὲ σαββάτων.... Cum præpositionibus:

Mt. 26, 21: εἰς ἐξ ὑμῶν . . . 18, 12; 7, 9; 6, 27. ἀπὸ: M. 27, 21: τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δυό ἐν: Jac. 5, 13. 14. 19. κακοπαθεῖ τις ἐν ὑμῖν infirmatur quis ex vobis; L. 2, 34 εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ

Nota 1. Nomen regens nonnunquam omittitur, ita ut genitivus partitivus quasi subiecti aut obiecti locum teneat. Ex. gr.: Jo. 16, 17. εἴπον ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ (scil. τινες) πρὸς ἄλληλους.. dixerunt ex discipulis eius (scil. quidam) ad invicem. L. 21, 6: θανατώσουσι ἐξ ὑ μῶν (scil. τινὰς) morte afficient quosdam e vobis.

Nota 2. Ἡμισυ assimilatur in genere et numero genitivo partitivo solummodo L. 19, 8. τὰ ἡμίτειχ (ἡμίση) τῶν ὑπαρχόντων μου dimidium bonorum meorum — alias substantive ponitur: Mr. 6, 23. ἔως ἡμίσους τῆς βασιλείας = dimidium regni mei; Apoc. 12, 14. ἡμισυ καίρου = dimidium temporis.

f) Adiectivis genitivus simili significatione adjungitur sicuti substantivis; nomina in genitivo adiectivis adposita nonnunquam efficiunt, ut conditio, quam illa indicant, accuratius describatur atque in fines angustiores quasi reducantur; e. g. Philem. 9. δέσμιος Χριστοῦ = qui propter Christum in vinculis tenetur; Jac. 2, 7. πτωχοὶ τοῦ κόσμου = pauperes resp. bonorum temporalium; Jo. 1, 14. πλήρης χάριτος = plenus gratiæ.

Adiectiva verbalia et participia pass. substantivum, quo subiectum continetur, in genitivo secum ducunt, quæ scribendi ratio e natura huius casus, auctorem rei vel effectus significantis provenit, atque iam veteribus usitata erat; plurimis locis adiectiva et participia notionem fere substantialem (geliebt = Liebling) habent ideoque nonnisi cum gen. construi possunt e. g. Jo. 6, 45. διδακτòι τοῦ Θεοῦ = a Deo edocti (gen. auct.) Mt. 25, 3. εὐλογημένοι τοῦ πατρὸς = benedicti a Patre; Mt. 13, 3. γεννητοὶ τῶν γυναικῶν = nati a mulieribus.

Item multa adverbia cum gen. coniunguntur. Ex. gr.: Jo. 11, 18. ἐγγὺς τῶν Ἱεροσολύμων . . . iuxta Hierosolymam; πλησίον τοῦ χωρίου Jo. 4, 5. iuxta prædium; Mt. 21, 39. ἐξω τοῦ ἀμπελῶνος extra vineam; ἐπάνω, ὑποκάτω, ἐμπροσθεν, ὅπισθεν, πέραν et alia; L. 18, 12. δις τοῦ σαββάτου = bis in hebdomade; ἀπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ Hebr. 9, 7. semel in anno.

g) Comparativo adiungitur genitivus rei, quacum comparatio fit, qui etiam particula ὡς (quam) resolvi potest. In N. T. sæpe loco genitivi comparativi vel particulæ ὡς inveniuntur præpositiones παρὰ, ὑπὲρ cum accus. L. 3, 13.; Hebr. 1, 4.; 3, 3; 9, 23; 11, 4; 12, 4; L. 16, 8; Hebr. 4, 12; Constructio paulo liberior Mt. 5, 20. ἐὰν μὴ περισσευῃ ἡ δικαιοσύνη ὡς μῶν πλεῖον τῶν Φαρισαίων = Nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Pharisaorum.

h) Genitivus temporis sæpius occurrit in N. T. quam genitivus loci; ex. gr.: Mt. 2, 14. νυκτός = nocte; Mt. 24, 20. χειμῶνος = hieme; Mr. 5, 5. νυκτὸς καὶ ἡμέρας = die nocteque; μέσης νυκτός = media nocte Mat. 25, 6. genitivus loci: L. 5, 19. καὶ μὴ εὑρόντες, ποίας (slt. ὁδοῦ) εἰσενέγκωσι αὐτὸν hic genitivus in N. T. rarius occurrit.

i) Rariores quædam genitivi adhibendi rationes:

1. Auctores N. T. nonnunquam plura substantum in gen. posita inter se coniungunt, ita ut primum alterum, hoc tertium . . . regat; ultimum eorum sæpius adiectivi notionem habet; e. gr.: II. Cor. 4, 4. ὁ φωτισμὸς τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ = claritas evangelii gloriæ Christi; Col. 1. 20. διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ = per sanguinem crucis eius; Ephes. 1, 19. τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους τῆς ἵσχυος αὐτοῦ = efficaciam roboris eius validissimi.

2. Græci veteres interdum uni nomini regenti duos genitivos diversa ratione positos adiunixerunt; hæc durior scribendi ratio etiam in N. T. invenitur; e. gr.: Phil. 2, 30. τὸ ὑμῶν (subj.) ὑστέρημα τῆς πρός με λειτουργίας (obj.): vestrum defectum in obsequio erga me.

3. Inter genitivum et nomen regens haud raro potissimum in Pauli epistolis, alia vox immissa reperitur, quæ interpositio neque veteribus Græcis neque Hebræis insolita erat; e. gr.: Ephes. 2, 3. τέκνα φύσει ὀργῆς = natura liberi iræ; Phil. 2, 10. πᾶν γόνυ κάμψη τῶν ἐπουρανίων = omne genu cœlestium flecteretur; Jo. 4, 39. πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν τῶν Σαμαριτῶν = multi Samaritanorum crediderunt in eum.

4. In nonnullis locis pro genitivo nomen cum præp. εἰς, ἐν legitur; e. gr.: I. Pet. 1, 11. τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα = mala, quæ in Christum cadere Deus voluit; I. Pet. 2, 9. λαός εἰς περιποίησιν = populus acquisitionis (= acquisitus).

§ 10 Continuatio.

II. Genitivus verbis appositus.

Verbis, quæ a veteribus Græcis cum genitivo nominis coniunguntur, s. scriptores in universum eadem ratione utuntur, in eo tantum abeuntes, quod interdum præpositionem sententiæ aptam, more suo periphrastico, substantivo apponunt; quædam verba passim cum dativo vel accusat. componunt. Verba, quæ genitivum postulant, sunt:

a) Verba reminiscendi et obliviscendi, e. gr.: L. 17, 22. Μνημονεύετε τῆς γυναικός Λώτ = mementote uxoris Lot. Jo. 15, 20; Hebr. 6, 10. οὐ γὰρ ἀδικος ὁ θεὸς ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου non enim iniustus est Deus, ut obliviousatur operis vestri; Cum accus. I. Thess. 2, 9. Μνημονεύετε τὸν κόπον ἡμῶν καὶ τὸν μόχθον. = memores enim estis láboris nostri et fatigationis; Ap. 18, 5. Cum præp. περὶ: II. Petri 1, 12. Διὸ οὐκ ἀμελήσω ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομνήσκειν περὶ τούτων propter quod non negligam (Vulg.: incipiam) vos semper commonere eorum

b) Verba providendi et negligendi.

L. 10, 34, . . . καὶ ἐπεμελήθη αὐτοῦ = et curam eius egit . . . (parab. de samar.) I. Tim. 4, 14. Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος noli negligere gratiam; Mt. 6, 34. μεριμνᾶν ἔκυτῆς, alia lectio: τὰ ἔκυτῆς

Cum præp. περὶ: Mt. 6, 28. καὶ περὶ ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε . . . et de vestimento quid solliciti estis? L. 12, 26. τί περὶ τῶν λοιπῶν μεριμνᾶτε; quid de ceteris solliciti estis? — τὰ περὶ τινος. Philip. 2, 20. ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνήσει . . . qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit; τὸ ὑπὲρ; I. C. 12, 25. ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσιν τὰ μέλη = sed id ipsum pro invicem sollicita sint membra.

c) Verba audiendi, intelligendi.

In constructione verbi ἀκούειν neque veteres scriptores constantes sibi sunt neque nostri non variant; sæpiissime construitur cum gen. personæ, quæ auditur; e. gr.: Mt. 17, 5..... αὐτοῦ ἀκούετε = ipsum audite! Mt. 18, 15.... ἔαν τοῦ ἀκούσῃ... si te audierit (scilicet frater); L. 2, 46. Jo. 3, 29..... ὁ ἐστηκώς καὶ ἀκούων αὐτοῦ. Cum gen. sermonis, sonitus, vocis, quæ auditur: L. 6, 47. Πᾶς ὁ ἐρχόμενος πρός με καὶ ἀκούων μου τῶν λόγων = omnis, qui venit ad me, et audit sermones meos; Act. 9, 7.... ἄνδρες... ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς = viri.... audientes quidem vocem..... Act. 11, 7.

Cum acc. rei auditæ et gen. personæ loquentis. Act. 1, 4. . . .
τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός, ἃν ἡκουύσατέ μου = ut expectarent pro-
missionem patris, quam audistis (inquit) per os meum.

Cum præpositionibus: I. Jo. 1, 5. Hæc est, annuntiatio, ἃν... ἀκηκόαμεν ἀπ' αὐτοῦ..., quam audivimus ab eo; Jo. 1, 41. εἰς ἐκ τῶν δύο τῶν ἀκουσάντων παρὰ Ἰωάννου = unus ex duobus, qui audierant a Joanne. Audire de aliquo: Mr. 5, 27. ἀκούσασα περὶ τοῦ Ἰησοῦ = cum audisset de Jesu.

d) Verba contendendi et attingendi modo cum genitivo modo cum accusativo.

τυγχάνω cum gen. L. 20, 35. οἱ δὲ καταξιωθέντες τοῦ αἰῶνος ἐκείνου τυχεῖν = illi vero, qui digni habebuntur saeculo illo (Vulg.) cum acc. R. 11, 7. Ἰσραὴλ τοῦτο οὐκ ἐπέτυχεν = Israel hoc non est assecutus;

ἐπιθυμεῖν cum gen. Act. 20, 33. Ἀργυρίου καὶ χρυσίου καὶ ἵματισμοῦ οὐδενὸς ἐπεθύμησα = argentum aut aurum aut vestem nullius concupivi cum acc. Mt. 5, 28. ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτήν = qui aspicerit mulierem ad concupiscendum eam;

ἐφικνεῖσθαι cum præp. II. C. 10, 13. οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ θεὸς μέτρου, ἐφικέσθαι ἄχρι καὶ ὑμῶν = qua (scit. regula) mensus est nobis Deus. mensuram pertingendi usque ad vos; ¹⁾ κληρονομεῖν

¹⁾ i. e. Deus mensus est meam activitatem apostolicam, quæ pertingit usque ad vos.

solum cum acc. Mt. 5, 5. Μακάριοι οἱ προφεῖς, ὅτι κληρονομήσουσιν τὴν γῆν = beatimites, quia ipsi hereditabunt terram;

e) Verba tangendi, tenendi, possidendi et sim.

ἀπτομαι — Mt. 8, 15. καὶ ἦψατο τῆς χειρὸς αὐτῆς = et tetigit manum eius (scil. socrus Petri); 9, 20. 21. 29. — 20, 34. θιγγάνειν — Hebr. 12, 20. καὶ θηρίον θίγῃ τοῦ ὄρους = et si bestia tetigerit montem.

χρατεῖν cum gen. εἰςελθὼν ἐκράτησεν τῆς χειρὸς αὐτῆς = intravit et tetigit manum eius (Mt. 9, 25.); Hebr. 6, 18. οἱ καταφυγόντες χρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος = qui configimus ad tenendam propositam spem; cum acc. Mt. 14, 3. ὁ γὰρ Ἡρώδης χρατήσας τὸν Ἰωάννην Herodes enim apprehendit Joannem.

ἔχεσθαι Hebr. 6, 9. πεπείσμεθα περὶ σύμπλου ἔχόμενα σωτηρίας i. e. confidimus de vobis, fore, ut impetratis felicitatem aeternam;

ἀντέχεσθαι (adhærere alicui) Mt. 6, 24. ἢ ἐνὸς ἀνθέξεται — aut uni adhærebit.

ἀντιλαμβάνεσθαι (prospicere alicui) L. 1, 54. Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ = suscepit Israel puerum suum; Act. 20, 35. Πάντα ὑπέδειξα ὃ μὲν, ὅτι οὕτως κοπιῶντας δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων = omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos.

f) Verba gustandi, edendi:

γεύομαι — cum gen. Mt. 16, 28. = Mr. 9, 1. οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου = qui non gustabunt mortem cum acc. Jo. 2, 9. ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος τὸ ὕδωρ οἶνον γεγενημένον = cum gustasset architriclinus aquam in vinum conversam; Hebr. 6, 5 καὶ καλὸν γευσαμένους θεοῦ ρῆμα = gustaverunt bonum Dei verbum i. e. doctrinam cœlestia dona promittentem.

ἐσθίω — cum acc. Mt. 15, 2.. ὅταν ἄρτογε ἐσθίωσιν, Mr. 7, 2. ιδόντες τινάξ ἐσθίοντας ἄρτους.

Cum præposit. ἀπό Mt. 15, 27. . . . τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπό τῶν ψιχίων catelli edunt de micis. = Mr. 7, 27.

Cum præposit. ἐκ I. C. 9, 27. ἐκ τοῦ γάλακτος οὐ ἐσθίει; in eodem versu autem cum acc. τὸν καρπὸν οὐκ εσθίει;

Nota. ἔσθιειν ἔκ aut ἀπὸ = edere de aliquo cibo;
ἔσθιειν cum acc. cibum capere; similiter φάγειν.... ἔκ;
Jo. 6, 26. 50.. ὅτι ἐφάγετε ἔκ τῶν ἄρτων...; L. 22, 16. οὐ μὴ φάγω
ἔξ αὐτῶν; cum acc. I. C. 11, 20. οὐκ ἔστιν κυριακὸν δεῖπνον
φαγεῖν; cum acc. Mr. 3, 20..... ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς μῆτε
ἄρτον φαγεῖν.

Significatione tropica sitire = appetere (vehementer desi-
derare) Mt. 5, 6.

g) Verba communicandi vel participandi e. g.: μεταλαμβάνειν
cum gen. Act. 2, 46... μετελάμβανον τροφῆς = sumebant
cibum; II. Tim. 2, 6. Τὸν κοπιῶντα δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μετα-
λαμβάνειν = laborantem oportet primum de fructibus percipere;
Hebr. 6. 7 μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ τοῦ θεοῦ.... accipit
benedictionem a Deo.

Cum acc. Act. 24, 25.... καιρὸν δὲ μεταλαβὼν i. e.
tempore opportuno .,.... (Felix ad Paulum).

μετέχειν I. C. 9, 12. Εἰ ᾧλοι τῆς ὑμῶν ἔξουσίας μετέχουσιν —
si alii potestatis vestræ participes sunt. h. l. ἔξουσία ὑμῶν =
potestas de vobis disponendi, quæ dispositio contextu ad susten-
tationem postulandam restringitur.

Hebr. 2, 14. Ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκεν αἷματος καὶ σαρκός,
καὶ αὐτὸς μετέσχεν τῶν αὐτῶν i. e. quoniam homines mortali cor-
pore prædicti sunt, Christus quoque eiusdem corporis particeps
factus est.

Cum præp. ἔκ: I. Cor. 10, 17. οἱ γὰρ πάντες ἔκ τοῦ ἑνὸς
ἄρτου μετέχομεν = omnes enim de uno pane participamus; κοι-
νωνεῖν — ut supra Hebr. 2, 14..... sed etiam cum dativo et
personæ et rei (Paul. Petr. Jo.), Rom. 15, 27. εἰ γὰρ τοῖς πνευ-
ματικοῖς αὐτῶν ἔκοινώνσαν τὰ ἔθνη... nam si gentiles participes
facti sunt spiritualium (sc. donorum) eorum; Rom. 12, 13. Ταῖς
χρείαις τῶν ἀγίων κοινωνοῦντες = necessitatibus sanctorum commu-
nicantes, Gal. 6, 6 κοινωνεῖτω δὲ δικαστοῖς τὸν λόγον — τῷ
κατεχοῦντι ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς... communicet autem is, qui ca-
techizatur verbo, ei, qui se catechizat, in omnibus bonis. (Nomen
personæ in dativo, res communicata in casu præp.

μεταδιδόναι cum acc. rei (quæ utpote totum spectatur) et dativo personæ; I. Thess. 2, 8..... εύδοκοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν οὐ μόνον τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ..... volebamus tradere vobis non solum evangelium Dei.....

h) Verba imperandi, regendi.

ἄρχειν, κατακοριεύειν: Mr. 10, 42. Οἶδατε ὅτι οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἔθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν = scitis quia hi, qui vindentur principari gentilibus, dominantur iis; similiter Mt. 10, 25...

βασιλεύειν — Mt. 2, 22. ἀκούσας δέ ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει τῆς Ἰουδαίας = audiens Archelaum regnare in Iudea..... cum gen. in Ι, B.; in aliis ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας; in aliis ἐπὶ τινα; L. 1, 33. καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ. et regnabit in domo Jacob.; Rom. 5, 14. Ἄλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος,..... καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἀμαρτήσαντας = mors regnabat super eos..... qui non peccaverunt.

i) Verba implendi, abundandi et ea, quæ oppositam sententiam notant; ex. gr.: γέμω = refertus sum; Rom. 3, 14.... ὃν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίχς γέμει = quorum os maledictione et amaritudine plenum est; Luc. 11, 39. (Mat. 23, 25.) = τὸ δὲ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἀρπαγῆς καὶ πονηρίας = quod autem intus est vestrum, plenum est rapina et iniquitate.

γεμίζω = impleo; Marc. 15, 36. Δραμ.ῶν δὲ εἰς καὶ γεμίσας σπόγγον ὅξους = currens unus et implens spongiam aceto; Jo. 2, 7. — γεμίσατε τὰς ύδριας ὕδατος — implete hydras aqua; Jo. 6, 13. — ἐγέμισαν δώδεκα κοφίους κλασμάτων = impleverunt duodecim cofinos fragmentis. πληροῦμαι — cum gen. Act. 2, 28. πληρώσεις με εὐφροσύνης = replebis me iucunditate; Act. 13. 52. οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπληροῦντο χαρᾶς καὶ πνεύματος ἀγίου = discipuli quoque replebantur gaudio et spiritu sancto;

cum præpos. ἐκ: Jo. 12, 3. ἡ δὲ οἰκία ἐπληρώθη ἐκ τῆς δομῆς τοῦ μύρου = et domus impleta est ex odore unguenti;

cum ἐν: Ephes. 5, 18..... ἀλλὰ πληροῦσθε ἐν πνεύματι = sed implemini Spiritu sancto;

etiam cum dat. Rom 1, 29. πεπληρομένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πορνείᾳ..... κακίᾳ; II. Cor. 7, 4. πεπλήρωμαι τῇ παροχλήσει = repletus sum consolatione;

cum acc. Philip. 1, 11. πεπληρωμένοι καρπὸν = repleti fructu. πλήθω: Mt. 27, 48. εἰς . . . λαβὼν σπόγγον, πλήσας τε ὄξους = unus accepta spongia implevit aceto; L. 1, 15. καὶ πνεύματος ἀγίου πλήσθηται . . . et Spiritu s. replebitur (J. Bapt.). περισσεύω . . . abundo: Lc. 15, 17. Πόσοι μίσθιοι τοῦ πατρός μου περισσεύουσιν ἄρτων = quanti mercennarii in domo patris mei abundant panibus.

Ubi hoc verbum cum præpos. ἐν vel εἰς construitur, alia, nempe crescendi (τοῦ augeri) significatione sumendum est: I. Cor. 15, 58. ἀδελφοί μου . . . περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ κυρίου πάντοτε, II. Cor. 9, 8. δύνατε ὅτι ὁ θεὸς πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς i. e. potens est Deus efficere, ut omni gratia abundetis (crescatis);

ὑστερέω: Lc. 22, 35. . . . μὴ τινος ὑστερήσατε; εἴπον: οὐδενός = numquid aliquid defuit vobis? responderunt: nihil.

Cum præpos. ἀπὸ: Hebr. 12, 15 μὴ τις ὑστερῶν ἀπὸ τῆς χάριτος i. e. ne quis favore Dei excidat.

Cum præpos. ἐν: Cor. 1, 7. . . . μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι = ut nihil vobis desit in ulla gratia (Vulg.), at facilius juxta textum græc. ita ut vos (aliis fidelibus vel ecclesiis) inferiores non sitis in ulla gratia (Cornely.)

k) Verba emendi, vendendi, commutandi.

His verbis pretium quo aliquid emitur vel venditur, in genitivo a veteribus adnectitur, in monumentis seriorum temporum præ: ἐκ vel ἀπὸ adiuncta invenitur. Aliquid simile legitur Mt. 20, 2. μ. φωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου = cum convenisset cum operariis denario — versu 13. merus genit. invenitur: οὐχὶ δηναρίου συμφώνησάς μοι; nonne denario convenisti mecum?

ἀγοράζειν cum præp. ἐκ Mat. 27, 7. Συμβούλιον δὲ λαβόντες ἡγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἀγρόν = consilio autem inito emerunt iis agrum;

πωλέω Mt. 10, 29. Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσταρίου πωλεῖται = nonne duo passeres assu veneunt?

ἀξιοῦν τινος: II. Thess. 1, 5. 11. εἰς τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας . . . ut digni habeamini regno Dei . . .

ἀλάσσειν mutare τὶ ἐν τινὶ: Rom. 1, 23. καὶ ἥλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος = mutaverunt gloriam Dei in similitudinem.

μεταλλάσσειν cum ἐν. Rom. 1, 25.

μεταλλάσσειν cum εἰς.... Rom. 1, 26.

I) Verba liberandi, separandi et sim. in N. T. fere semper cum præpositionibus ἀπὸ vel ἐκ (sicuti in scriptis profanorum) leguntur.

μεθίστημι = amovere cum gen. Lc. 16, 4.

χωρίζειν = discedere cum præp. ἀπὸ: I. C. 7, 10; Rom. 8, 35; Hebr. 7, 26; cum ἐκ: Act. 18, 12.

ἀπαλλοτριῶν cum gen. Ephes. 2, 12. ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ Ἰ..... alienati a conversatione Israel i. e. prorsus alieni a societate vitaque populi Israelitici.

διαφέρειν cum gen. Mt. 6, 26. differe, distare.

ἐλευθεροῦν — liberare — cum ἀπὸ: Rom. 6, 18; 8, 2.

λύειν — solvere — cum ἀπὸ: Lc. 13, 5.

λυτροῦν — dimittere — cum ἐκ: Apoc. 20, 37.

cum ἀπὸ; Tit. 2, 14. ut nos liberaret ab omni iniquitate;

λούειν — lavare — cum ἀπὸ: Act. 16, 33.

ρύεσθαι — eripere — ἀπὸ: Mat. 6, 13.

— ἐκ: Rom. 7, 24.

σώζειν — servare — ἀπὸ: Act. 2, 40; Mat. 1, 21.

καθαρίζειν — mundare — ἀπὸ: II. Cor. 7, 1.

παύειν — avocare — cessare facere: I. Pet. 4, 1.

Nota: Nonnulla verba composita cum genitivo construuntur, quia præpositio iis affixa hunc casum postulat; e. gr.: κατὰ = super, supra, contra: Mt. 9, 24. κατεγέλων αὐτοῦ = deridebant eum; Rom. 11, 18. μὴ κατακυργῶ τῶν κλάδων = noli te extollere super ramos; Jac. 2, 13. κατακυργᾶται ἔλεος κρίσεως = mitigat misericordia iudicium; Mt. 6, 24, τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει = alterum contemnet;

καταμαρτυρεῖν — testimonium dicere in aliquem.

καταχεῖν..... effundere..... cum gen. (l. v.) Mr. 14, 3. vel cum præpositione κατά, ἐπὶ cum gen., etiam ἐπὶ τι: Mt. 26, 7.

§ 11. De Dativo.

Dativo græci scriptores ea ponunt nomina, quibus indirectum actionis vel conditionis obiectum notatur. Itaque a) et res et persona, cuius causa aliquid fit; b) in cuius societate aliquid est; c) omne illud, quod instrumenti instar in agendo adhibetur; d) directio quævis in locum aliquem — tertio casu indicatur. Quem usum s. scriptores rite observarunt, interdum modo ex imitatione patriæ scripturæ præpositionem cum alio casu ponentes, interdum nomen cum verbis in dativo construentes, quæ alias accusativo coniunguntur.

I. Dativus, quo indirectum actionis obiectum indicatur, apponitur:

a) verbis movendi vel quiescendi iisque cum præpositiōnibus ἐν, ἐπὶ, πρὸς, παρὰ, περὶ compositis e. gr.: ἐπιτί θεσθαι Act. 18, 10; καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεται σοι τοῦ κακῶσαί σε = et nemo apponetur tibi, ut noceat (Vulg, te) tibi;

ἔρχεσθαι: Mt. 21, 5. ὁ βασιλεὺς σου ἔρχεται σοι = Rex tuus venit ad te; cum præp. εἰ, Mt. 2, 11.

Nota. ᔁρχεσθαι δπίσω τινὸς = ἀκολουθεῖν = sequi; ubi cum δπίσω τινός legitur, non veniendi, sed eundi notionem habet, ire a tergo alicuius significans, itaque periphrastice pro ἀκολουθεῖν positum est. Mt. 16, 24. Lc. 9, 23.

προσέρχεσθαι semper cum dat. pers; interdum etiam cum dat. rei; e. gr.: θρόνῳ, ὅρει.... Hebr. 4, 16. προσέρχώμεθα οὖν τῷ θρόνῳ = adeamus ergo ad thronum; Hebr. 12, 18. οὐ γὰρ προσεληλύθατε ψηλαφωμένῳ ὅρει = non enim accessistis ad tractabilem montem. προςπίπτειν: Mt. 7, 25.... καὶ προσέπεσαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ = irruerunt in domum illam;

ἔμμενειν τῇ πίστει Act. 14, 22, ut permanerent in fide;

παρεῖναι τινι: II. Pet. 1, 9. alicui præsto esse;

b) Verbis male vel infeste agendi et contrariæ significatio[n]is; Act. 13. 8. Ἄνθιστατο δὲ αὐτοῖς Ἐλύμας ὁ μάγος = resistebat autem illis Elymas magus; προσκυνεῖν = adorare, in non-nullis locis (Mt. 4, 10. L. 4, 8. Jo. 4, 22,) ut in veteris Græciæ

scriptis cum acc. obiecti, saepius autem per hebr. cum tertio casu legitur Mt. 2, 8; 9, 18; 28, 9. Si acc. additur, sola precandi sententia prævalet, si dativus, notio honoris admixta est sententiæ precandi. Interdum occurrit sequente ἐνώπιον τινος ex hebr. יְנַפֵּל L. 4, 7. Apok. 15, 4.

ποιεῖν (εὖ vel κακῶς) bene vel male facere, quod veteres Græci cum acc. personæ coniunxerunt, s. scriptores notionem commodi vel incommode magis observantes, fere semper cum dat. construunt; e. gr.: Mt. 5, 44. καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσι ὑμᾶς = benefacite his, qui oderunt vos; Lc. 6, 27. eadem propositio; cum acc. Mr. 14, 7.

c) Verbis annuntiandi.

εὐαγγελίζεσθαι annuntiare recte cum dat. personæ construitur: e. gr. I. C. 15, 12. γνωρίζω δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τό ὑαγγέλιον, δε εὐαγγελισάμην ὑμῖν = notum autem vobis facio, fratres, evangelium, quod annuntiavi vobis. o. 2.. τίνι λόγῳ εὐηγγελισάμην ὑμῖν. qua ratione prædicaverim vobis; similiter II. C. 11, 7. Luc. 1, 19. 2, 10. 4, 18.

Non raro, ubi augustiorum „Evangelii docendi“ nationem indicat. neque institutionis obiectum singulari nomine exprimitur, cum acc. persona legitur; e. gr.: L, 3, 18. Ἰωάννης... εὐηγγελίζετο τὸν λαόν = Joannes evangelizabat populo; Act. 8, 25.. πολλὰς κώμας τῶν Σαμαρειτῶν εὐηγγελίσατο = multis regionibus Samaritanorum evangelizabat; similiter Act. 14, 15. 21.

d) Verbis credendi, obediendi, confitendi.

πιστεύειν — credere recte cum dat. personæ constructur; e. gr. Mrc. 16, 13. οὐδὲ ἔκείνοις ἐπίστευσαν... nec illis crediderunt; Mrc. 16, 14. Jo. 4, 21., sed etiam εἰς τινα Mt. 18, 6.... μικρῶν τούτων τῶν πιστεύοντων εἰς ἐμέ. qui in me credunt... Mrc. 9, 42. Jo. 9, 36.

ἐπὶ τινα et τινί: Rom. 9, 33.... καὶ δε πιστεύων ἐπ' αὐτῷ οὐ κατασχυνθήσεται = et omnis, qui credit in eum, non confundetur; Act. 11, 17. 16, 31.

ἐν τινι: Marc. 1, 15.... πιστεύετε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ = credite evangelio; ὑπακούειν = obedire, a veteribus modo cum se

cundo modo cum tertio casu constructum, in N. T. vulgariter cum dat. legitur; e. gr.: Mt. 8. 27... οἱ ἀνεμοὶ καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ = venti et mare oboediunt ei; Mrc. 1, 27. Luc. 8, 15.;

cum præp. εἰς uno loco Rom, 6, 17. ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὅν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς; § 85.

e) Verbis irascendi et corripiendi.

δργίζομαι: Mat. 5, 22. ἐπιτιμάω: Mat. 20, 31.

Nota: Verbum ἀρέσκειν = placere, ubique e regula cum dativo: Marc. 6, 22; Rom. 8, 8; I. Cor, 7, 32; cum ἐνώπιόν τινος Act. 6, 5. καὶ ἥρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον παντὸς τοῦ πλήθους = et placuit sermo coram omni multitudine;

f) Dativus verbis εἶναι, γίγνεσθαι, ὑπάρχειν appositus possessionem notat, inde possessivus appellatur; eadem ratione veteres tertium casum ad sententiam possessionis exprimendam adhibuerunt: Rom. 7, 3. 4. εἰὰν γένηται ἀνδρὶ ἔτερῳ = si fuerit cum alio viro, idem ac si fuerit aliis viri scilicet uxori; εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἔτερῳ = ut sitis alterius; Act. 2, 39: Υμῖν γάρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν, καὶ πᾶσιν τοῖς εἰς μαχράν = vobis enim est repromissio et filiis vestris et omnibus, qui longe sunt; Mt. 19, 29. τί ἄρα ἔσται ἡμῖν = quid ergo erit nobis? II. Pet. 1, 8. Ταῦτα γαρ ὑμῖν ὑπάρχοντα... haec enim si vobiscum adsint; Lc. 7, 12. υἱὸς μονογενῆς τῇ μητρὶ αὐτοῦ = filius unigenitus matris suae; Mr. 2, 18. οἱ δὲ σοὶ μαθηταὶ = discipuli vero tui. (Interdum sententiam possessionis diversis verbis et dictionibus in lingua vernacula exprimimus.) Mt. 16, 22. οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο = hoc certe tibi non erit = nedej Bůh strastem oněm přijíti (Sušil); Lc. 1, 43. καὶ πόθεν μοι τοῦτο = et unde hoc mihi h. e. jakého vyznamenání, jaké milosti se mně dostalo, že....; I. C. 1, 18. ὁ λόγος τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις μωρίᾳ ἔστιν = Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est i. e. doctrina de redemptore crucifixo est pereuntibus stulta = gilt ihnen als Thorheit; I. C 11, 14. ἀτιμίᾳ αὐτῷ ἔστιν = ignominia est illi = gereicht ihm zur Schande.

Simili significatione etiam alia verba (ἔχειν, διδόναι, εὑρίσκειν ...) cum dativo coniunguntur e. g. I. C. 7, 28. θλῖψιν τῇ σαρκὶ ἔξουσιν

= tribulationem carnis habebunt (i. e. útrapý, které tělesnost souží, spojené se stavem manželským); II. C. 2, 13. οὐκ ἔσχηκα ἀνεσιν τῷ πνεύμοτί μου = i. e. znepokojován jsem byl v duchu svém —; διδόναι: II. C. 12, 7. ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σφράγῃ i. e. Bůh dopustil, aby osten v těle jeho uvázl (Sušil); εὑρίσκειν: Mt. 11, 29. εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν = invenietis requiem animabus vestris.

g) Interdum dativus ad verba passiva legitur pro præp. ὑπὸ vel παρά cùm genitivo: Act. 16, 9. ὅφθη τῷ Παύλῳ = a Paulo conspecta est; I. Tim. 3, 16. ὅφθη ἀγγέλοις = visus est ab angelis; Luc. 24, 35. ἐγνώσθη αὐτοῖς = ab ipsis cognitus est; Lc. 23, 15. καὶ οἴδον οὐδέν ἄξιον θανάτου ἔστιν πεπραγμένον αὐτῷ = nihil dignum morte actum est ab eo...; Act. 9, 24. Ἐγνώσθη δὲ τῷ Σαύλῳ ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν. = notæ factæ sunt Saulo insidiæ eorum = cognitæ sunt a Saulo insidiæ eorum, (ceterum vide § 39. de passivo).

h) Dativus verbis adhærendi, versandi, assimilandi appositus = sociativus; e. g. δμιλεῖν: Act. 24, 26. διὸ καὶ πυκνότερον αὐτὸν μεταπεμπόμενος, ώμιλει αὐτῷ = propter quod frequenter accersens eum, colloquebatur cum eo; κοιλάσθαι — adhærere — Lc. 15, 15, καὶ πορευθεὶς ἐκολλήθη ἐνὶ τῶν πολίτων τῆς χώρας ἔκείνης = et abiit et adhæsit uni civium regionis illius; Mt 19, 5. κοινοεῖν = communicare: Rom. 12, 13. Ταῖς χρείαις τῶν ἀγίων κοινοοῦντες = necessitatibus sanctorum communicantes; δμοιοῦν (— σθαι) assimilare; Mt. 6, 8. Μὴ οὖν δμοιωθῆτε αὐτοῖς = nolite ergo assimilari eis;

ἀκολουθεῖν — saepius tamen per hebr. ὀπίσω τινός Mt 10, 38; Mr. 8, 34.

Verba composita e præpositionibus συ-, εἰς-, προς-, περι-, παρα-, etc. vel cum dativo vel mediantibus præpositionibus cum alio casu conjunguntur; e. g. Rom. 15, 30: παρακαλῶ δε ὑμᾶς συναγωνίσασθαι μοι ἐν ταῖς προσευχαῖς = obsecro vos ergo.... ut adiuvetis me in orationibus; Phil. 4, 3. ἐμβλέπειν τινί vel εἰς τινα. ἐπιβάλλειν ἐπὶ ἴματίῳ Mt. 9, 16 ἐπιτιθέναι τὴν χεῖρά τινι vel ἐπὶ τινα. περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων Hebr. 12, 1. περὶ τὰν

τράχηλον Mr. 9, 42. Constructio cum dativo plerumque ad sensum improprium, cum præpositione ad sensum proprium exprimendum adhibetur.

Dativus etiam adiectivis apponitur e. g. ὡφέλιμος Tit. 3, 8. σωτήριος Tit. 2, 11. ἀρεστός, ἀρχετός, ἐμφανῆς Act. 10, 40. ὑπήκοος Act. 7, 39. πιστός, ἀπειθῆς Act. 26, 19. ἐναντίος Mr. 6, 48. δοφειλέτης R. 1, 14. Sociativus cum adiectivis: ὅμοῖος, ἴσος, σύμφορος, σύμφυτος et al. Si adiectiva potestatem substantivorum habent, coniunguntur cum gen., e. g. Ephes. 5. 7. Μὴ οὖν γίνεσθε συμμέτοχοι αὐτῶν == nolite ergo effici participes eorum.

i) Dativus commodi et incommodi; e. g. Philip. 1, 27. συναθλοῦντες τῇ πίστει == concertatis pro fide; Lc. 4, 22. πάντες ἔμαρτύρουν αὐτῷ == omnes testimonium dabant ei; Rom. 13, 2. ἔχυτοις κρίμα λήμψονται == sibi iudicium auferent. Pro dativo legitur præpositio: Lc. 9, 13. ἡμεῖς ἀγοράσωμεν εἰς πάντα τὸν λαὸν == nos emamus toti populo (= pro omni populo); I. Thess. 2, 9. ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον == prædicavimus vobis evangelium.

k) Dativus ethicus; e. g. Ap. 2, 5, 6. εἰ δὲ μὴ, ἔρχομαι σοι ταχὺ καὶ . sin autem venio tibi cito et

§ 12. Continuatio. De dativo potestatem adverbiorum tenente.

a) Dativo temporis accurate indicatur tempus, quo (e. g. qua die, quo mense, anno) aliquid accidit vel fit; e. g. Mt. 16, 21. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ = tertia die; Mr. 14, 12. τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῶν ἁζύμων = primo die azymorum (scilicet panum i. e. festo Paschatis).

Cum præpositione ἐν: Lc. 4, 16; Lc. 14, 5. ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου; Jo. 7, 37. ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ = in novissimo autem die.

Contra usum loquendi veterum græcorum nonnunquam legitur dativus temporis, quo duratio vel iteratio designatur; (class. acc.) e. g. Act. 8, 11. ἵκανῷ χρόνῳ ἔξεστακέναι αὐτούς = quod multo tempore dementasset eos; Lc. 8, 29. πολλοῖς χρόνοις συνηρπάκει αὐτόν = multis enim temporibus arripiebat illum; Rom. 16, 25. κατὰ ἀποκάλυψιν μυστηρίου χρόνοις αἰώνιοις σεστήμενοι

= secundum revelationem mysterii temporibus æternis taciti (i. e. ut reveletur arcanum retroactis sæculis absconditum).

b) Dativus modi cum vel sine præpositone ἐν; e. g. I. C. 10, 30. εἰ ἐγὼ χάριτι μετέχω = si ego cum gratiarum actione particeps . . . ; Hebr. 6, 17. ἐμεσίτευσεν δόκω = interposuit ius iurandum i. e. spopondit iure iurando.

Cum præpositione ἐν: Lc. 18, 8 . . . δτι ποιήσει τὴν ἐδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει = quia cito faciet vindictam eorum; Act. 17, 31. ἡμέραν, ἐν ᾧ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ = in aequitate, iuste.

Nota 1. Huc pertinet s. d. dativus comitativus; in N. T. cum præp. ἐν; Lc, 14, 31. ἐν δέκα χιλίασιν ἀπαντᾶν = cum decem millibus occurrere; eadem ratione modus, quo quis venit vel apparet, tropice significatur; e. g. I. Jo. 5, 6. οὐκ ἐν τῷ ὅδῳ μόνον, ἀλλ' ἐν τῷ ὅδῳ καὶ τῷ αἷματι scil. ἐλθών = non in aqua solum, sed in aqua et sanguine venit; I. C. 4, 21. ἐν φύσει ἐλθω πρὸς ὑμᾶς = in virga veniam ad vos. i. e. s trestem a přísností mám se u vás octnouti? (Sušil.)

Nota 2. Dativo ὁδῷ cum verbis πορεύεσθαι, περιπατεῖν, στοιχεῖν modus vivendi exprimitur; Act. 14, 16. τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. — Juda 11; eodem sensu: Rom. 4, 12. στοιχεῖν τοῖς ἵχνεσι = iis, qui sectantur (imitantur) vestigia; similiter: πορεύεσθαι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου = ambulare in timore Domini, Act. 9, 31.

Nota 3. Ad augendam verbi notionem substantivum eiusdem radicis vel eiusdem notionis in dativo apponitur; (in vertendo hoc dativo utimur aptis adverbii: valde, nimis, enixe et sim.) e. g. Lc. 22, 15. ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα i. e. valde desideravi; Jo. 3, 29. χαρᾷ χαίρει; Act. 23, 14. ἀναθέματι ἀναθεματίσαμεν; Jac. 5, 15. προσευχῇ προσηύξατο; Mr. 7, 10. θανάτῳ τελευτάτῳ,

c) Dativus relationis, — qui rosolvitur per „quod attinet“ vel „habita ratione“ — apponitur nomini vel verbo, cuius sententia accuratius describenda est; e. g. I. C. 14, 20. παιδία ταῖς φρεσὶν = pueri, quod attinet sensus vel habitā ratione sensuum; I. C. 7, 28. θλίψις τῇ σφράγε = tribulatio quod attinet carnem; Phil. 2, 7. σχήματι εὑρεθεὶς ἀνθρωπος = quod formam attinet inventus est homo.

Pro dativo sæpe legitur præpositio εἰς, πρός c. acc.; e. g. Lc. 12, 21. εἰς θεὸν πλουτῶν = quod attinet Deum dives = v Bohu bohatý (Sušil). Rom. 4, 20. εἰς τὴν ἐπαγγελίαν = respectu promissionis = vzhledem k přislíbení; Hebr. 4, 7. πρὸς τοὺς ἀγγέλους λέγει = quod angelos attinet, dixit.....

d) Dativus instrumenti vel medii; etiam cum præpositione ἐν; e. g. Hebr. 1, 3. φέρων τὰ πάντα τῷ ρήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ = sustinens omnia verbo (virtutis) potentiae suæ; Act. 12, 2. Ανεῖλεν δὲ Ἰάκωβον..... μαχαίρῃ occidit Jacobum gladio; sim. Lc. 21, 24. στόματι μαχαίρων = Vulg. in ore gladii = ostřím meče scilt. cadent; ἐν μαχαίρῃ, Mt. 26, 52. Hebr. 11, 37. ἐν φόνῳ μαχαίρων. (Vide decl. μάχαιρα, — ης, — η.)

Similiter: ἀλιζεῖν πυρὶ (ἀλὶ) Mr. 9, 49. salire

cum ἐν: ἐν τίνι ἀλισθήσεται τὸ ἄλας, Mt. 5, 13.

ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε = condietis, Mr. 9, 50 πυρὶ καίσθαι, Mt. 3, 12; Lc. 3, 17. ἐν ὕδατι, πνεύματι — ὕδατι ἐν πνεύματι βαπτίζειν, Mt. 3, 11; Lc. 3, 16.

e) Dativus materiæ; πληροῦν τινι; etiam ἐν τίνι; μεθύσκεσθαι οἴνῳ Ephes. 5, 18; ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ. II. C. 7, 4. = superabundo gaudio.

f) Dativus causæ: Rom. 11, 20; τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν = propter incredulitatem fracti sunt (scilt. rami); similiter Rom. 4, 20; 12, 12. Cum præpositionibus: ἐν τούτῳ Lc. 10, 20. propter hoc (scilt. nolite gaudere); ἐν τούτῳ πιστεύομεν = propter hoc credimus Jo. 16, 30.; ἐπὶ τινι χαίρειν Mt. 18, 13.; περὶ τινος Lc. 2, 18.

§ 13. De accusativo.

I. In accusativo, obiecti casu, Græci non solum id, quod agendo efficitur vel tractatur, sed etiam id, in quo aliquid efficitur, ponere solent; unde fit, ut præter verba transitiva etiam intransitiva et passiva nomen in accus. secum ducunt. S. scriptores hunc accusativi usum særissime observant, attamen nonnulla verba contra veterum consuetudinem cum alio casu vel cum præpositionibus construunt. e. g. a) ἐκλέγεσθαι — eligere,

quod alias obiectum in accus. habet e. g. Mr. 13, 20. διὰ τοὺς ἐκλέκτους, οὓς ἔξελέξατο = sed propter electos, quos elegit, Act. 13, 17. ex hebr. constructione semel cum præpos. ἐν Act. 15, 7. δὲ θεὸς ἐν ἡμῖν ἔξελέξατο (ἐν ἡμῖν = unter uns. Winer.)

ὅμολογεῖν — palam profiteri; personam (obiect.) in accus. Jo. 9, 22. — εάν τις αὐτὸν ὅμολογήσῃ Χριστόν. — Sed in effato Christi Mt. 10, 32. ὅστις ὅμολογήσει ἐν ἐμοὶ quicunque me confitebitur.

ἀρνεῖσθαι — negare, ubiunque cum acc. obiecti reperitur.

b) Verba bene et male agendi vel loquendi (ἀφελεῖν, ἀδικεῖν et. a.) cum acc.; attamen L. 6, 27. καλῶς ποιεῖτε τοῖς . ; βλασφημεῖν cum dat., sed etiam cum præpos. εἰς Mr. 3, 29. δέ δὲ βλασφημήσῃ εἰς τὸ πνεῦμα L. 12, 10. Verba φεύγειν, φθάνειν et sim. cum acc.; φεύγειν etiam cum præp. ἀπὸ e. g. Mt. 3, 7. τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὁργῆς;

c) Verba affectuum animi indicantia vel cum accus. vel cum præpositionibus construuntur; e. g. ἐν L. 1, 21. ἐθαύμαζον ἐν τῷ χρονίζειν — mirabantur, quod tardaret.

ἐπί: Mr. 12, 17. ἐθαύμαζαν ἐπ' αὐτῷ

περὶ: L. 2, 18. ἐθαύμαζαν περὶ τῶν λαληθέντων

διὰ: Mr. 6, 6, ἐθαύμαζεν διὰ τὴν ἀπιστίαν.

αἰσχύνομαι cum præp. ἐν. Philip. 1, 20. ὅτι ἐν οὐδενὶ αἰσχυνθήσομαι = nulla in re pudore afficiar. ἐπαἰσχύνομαι cum accus. Mr. 8, 38. Rom. 1, 16. cum præpositione ἐπὶ Rom. 6, 21.

σπλαγχνίζεσθαι — misereri — in scriptoribus profanis non obvium, postulat acc. obj., ast construitur modo cum gen. (nisi coniungendum est: κύριος τοῦ δούλου Mt. 18, 27.) modo cum ἐπὶ seconde v. dativo v. accusativo Mr. 6, 34. 9, 22. modo cum περὶ seq. genitivo Mt. 9, 36.

Verba iurandi interdum recte accusativum numinis v. rei, per quam iuratur, adsumunt. Act. 19, 13. — Jac. 5, 12; saepius vero per hebr. cum ἐν τινι leguntur: Mt. 5, 34—36. 23, 6.

Nota. Nonnulla intransitiva addito accusativo obiecti transitiva fiunt e. g. μένειν Act. 20, 5. μαθητεύειν Act. 14, 21.; similiter intransitiva, quæ cum præpositionibus (κατά, διά, περί etc.)

componuntur, transitivam significationem habent; e. g. κατά — κατασοφίζεσθαι = circumvenire Act. 7, 19.; καταγωνίζεσθαι H. 11, 33. = vincere;

διὰ — διαπορεύεσθαι, διέρχεσθαι, διαπλεῖν;

περὶ — περιστῆναι, Act. 25, 7.; περιάγειν Mt. 9, 25.; Mr. 6, 6.

§ 14. De duplii accusativo.

E verbis, quae duplicem accusativum regunt, in N. T. nonnulla alia ratione interdum construuntur; ἐροτᾶν — interrogare — τινά τι: Mt. 21, 24. Mr. 4, 10.; τινά περί τινος Luc. 9, 45. ^oJo. 18, 19.

αἰτεῖν — petere — τινά τι Mt. 7, 9. Jo. 16, 23. τί παρά τινος Mt. 20, 20. Act. 3, 2.

περιβάλλεσθαι significatione ἐνδύεσθαι — vestiri cum ēn constructur Ap. 3, 5. Eph. 6, 14.

κρύπτειν τι ἀπό τινος Mt. 11, 25. ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν.

ποιεῖν τινά τι: Mt. 27, 22. učiniti něco s někým — etwas machen mit —, ποιεῖν τινὶ τι: Mr. 7, 12. facere (exhibere) alicui aliquid, učiniti něco pro někoho.

Eodem sensu: εἰς cum accus. Mt. 26, 10.

ēn cum dat. Mar. 14, 6.

Passiva non solum eorum verborum, quae in activo geminum accusativum adsciscunt, sed etiam eorum, quae in activo unum modo obiectum in quarto, alterum autem in tertio casu adiunctum tenent, cum accusativo rei construuntur; e. g. II. Thess. 2, 15. τὰς παραδόσεις ἃς ἐδιδάχθητε in quibus edocti estis; I. Tim, 6, 5. διαφθαρμένοι τὸν νοῦν = corrupti mente; Jo. 11, 44. δεδεμένος τοὺς πόδας ligatus pedibus (i. e. pedes habens ligatos); Gal. 6, 6. κατηγούμενος τὸν λόγον = qui catechizetur verbo; Gal. 2, 7. πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον = concreditum est mihi evangelium; Rom. 3, 2. ἐπιστεύθησαν (scil. οἱ Ἰουδαῖοι) τὰ λόγια τοῦ θεοῦ = concredita sunt iis eloquia divina.

Nota. Per hebraismum accusativus prædicati cum præp. εἰς vel particula ως reperitur. e. g. Act. 13, 22. ἥγειρεν αὐτοῖς

τὸν Δαυὶδ εἰς βασιλέα = suscitavit illis David regem; Mt. 21, 46. ως προφήτην αὐτὸν εἶχον = prophetam eum habebant; Rom. 8, 36. ἐλογίσθημεν ως πρόβατα σφαγῆς = aestimati snmus (sicut) oves occisionis.

§ 15. De accusativo obiecti interni.

Sicuti veteres Græci ita et s. scriptores verbis substantiva eiusdem radicis idemque significantia in accusativo adiungunt, quin notio verbi hoc additamento augeatur (acc. obiecti interni); e. g. Eph. 1, 19. 20. Eph. 2, 4. I. Petri, 3, 14. — Jo. 5, 32. — Mr. 3, 28. — Hebr. 8, 10.

Nota. A consuetudine veterum nostri scriptores interdum in eo abeunt, quod non ubique in acc. nomen ponunt, sed passim cum præpositione verbo adnectunt.

e. g. Ep. 1, 6. χαριτοῦν ἐν χάριτι
„ 6, 18. διὰ προσευχῆς προσεύχεσθαι.

Ad notionem adverbii — valde — exprimendam adiectivum accusativo adiungendum est: μέγας, πολὺς et sim.; Mt. 2, 10... ἔχαρησαν χαρὰν μεγάλην = gavisi sunt gaudio magno; Mr. 4, 41. 5, 42 — καὶ ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν = et timuerunt timore magno. I. Tim. 1, 18.

Sine attributo hic accusativus aliquod obiectum specificum significat e. g. Luc. 2, 8, φυλάσσειν φυλακάς, Luc. 6, 48, οἰκοδομεῖν οἰκίαν; — Act. 11, 5. ἰδεῖν ὅραμα.

2. Nonnunquam accusativus omittitur, pro quo eius attributum in eodem vel in neutro genere positum reperitur; etiam pronomen neutr. generis vices eius tenet; neutrum hoc in vertendo passim adverbialiter exprimimus; Luc. 12, 47. δοῦλος δαρήσεται πολλάς, δλίγας (scil. πλήγας) Lc. 5, 33. νηστεύουσιν πυκνά (= πυκνάς νηστείας) quare ieunant frequenter (= frequentia ieunia); Mt. 27, 44. Τὸ δ' αὐτὸν καὶ οἱ λησταὶ οἱ συσταυρωθέντες αὐτῷ ὡνείδιζου αὐτόν = id ipsum autem et latrones = rovněž, taktéž; I. C. 10, 33. πάντα πᾶσιν ἀρέσκω = všelijak všechném se zalibuji (Sušil). sim. I. C. 11, πάντα μου μέμνησθε = všelijak na mne pamatuje...

III.

§ 16. De accusativo vim adverbiorum tenente.

a) Acc. loci et temporis, si quæritur: quam longe? quamdiu? quantus (e. g. quanta distantia loci et sim.)? Luc. 22. 41. ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολήν = et ipse avulsus est ab eis quantum iactus est lapidis; Jo. 2, 12. ἔμειναν οὐ πολλὰς ἡμέρας = manserunt non multos dies (Vulg.: multis diebus); Mt. 20, 2. συμφωνεῖν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν = convenire ex denario diurno (na den); Mr. 4, 27. νύκτα καὶ ἡμέραν = nocte ac die; Luc. 21, 37. τὰς ἡμέρας — τὰς νύκτας.

Nota 1. Directio in aliquem locum v. terminum per hebraismum (**בְּנֵי** versus) accusativo δόδον exprimitur; e. g. δόδου θαλάσσης = versus mare.

Nota 2. Distantia unius loci ab altero etiam per præpositionem ἀπό cum genitivo indicatur; e. g. Jo. 11, 18.... ἦν Βηθανία ἐγγύς.... ως ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε = erat Bethania iuxta Jerus. quasi stadiis quindecim.

Nota 3. Tempus, ex quo aliquid perdurat, singulari modo Act. 27, 33. expressum legitur: τεσσαρεσκαιδεκάτην σήμερον ἡμέραν = decimus quartus dies est, e quo exspectantes

b) Accusativus modi: Mt. 23, 37. δν τρόπον ὅρνις ἐπισυνάγει = quemadmodum gallina congregat; Jūda 7. τὸν ὄμοιον τούτοις τρόπον = simili modo; — Cum præpos. ατά: καθ' δν τρόπον... Act. 15, 11.; κατὰ πάντα τρόπον Rom. 3, 2.

c) Accusativus relationis: e. g. Mt. 27, 57. τούνομα Ἰωσήφ = nomine Joseph; Act. 18, 3. ἦσαν γάρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην = erant enim scefactoriae artis; Hebr. 2, 17. καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεὸν i. e. fidelis in iis, quæ cultum Dei attinent.

Notæ: Reperiuntur in N. T. quædam exempla accusativi, qui sensu adverbii ponitur, e. g.:

α) substantiva; τὴν ἀρχήν Jo. 8, 25. prorsus, omnino; τὸ τέλος I. Pet. 3, 8, tandem,

β) adiectiva: $\tauὸ\ πλεῖστον\dots = ad\ summum = na\ nejvýš.$
I. C. 14, 27. $\tauὸ\ πρῶτον, \tauὸ\ πρότερον$ et sim. H. 10, 32.; 3 Jo. 5.
 $πιστὸν\ ποιεῖς = pie\ agis;$

γ) accus. a præpositionibus $\chiατά, πρός, εἰς\dots$ dependens:
 $\tauὸ\ χατ\ ἐμὲ\dots$ Rom. 1, 15. quod me attinet; I. Pet. 3, 7. $\chiατὰ$
 $γνῶσιν\ σονοικοῦντες = secundum\ prudentiam\ conversantes$ (zachá-
zejte s nimi [ženami] po rozumu (větší moudrostí, jaká mužům
přísluší); Jo. 12, 13. $\epsilonἴ̄\eta\lambdaθον\ εἰς\ ὑπάντησιν\ αὐτῷ = processerunt$
obviam ei; Luc. 11, 3.; 19, 47.; $\tauὸ\ χαθ'$ $\eta\muέραν = quotidie.$

§ 17. De præpositionibus.

Præpositiones exprimunt partim easdem nominum relationes, quæ casibus indicantur — utique distinctius et accuratius —, partim relationes, quæ casibus satis indicari nequeunt, indigitant; in N. T. frequentissimus usus tum propriarum tum impropriarum præpositionum invenitur.

Propriæ præpositiones construuntur:

a) cum uno casu et quidem:

- α) cum gen.: $\alphaντί, \alphaπό, \epsilon\xi\ (\epsilon\kappa), \piρό;$
- β) cum dat.: $\epsilon\nu, \sigmaύν;$
- γ) cum acc.: $\alphaνά, εἰς.$

b) cum duobus casibus nempe: cum gen. et accus.:
 $\deltaιά, \chiατά, \eta\piέρ.$

c) cum tribus casibus nempe: genit., dativo et accus.:
 $\epsilon\piί, \piαρά, \piερί, \piρός, \eta\piό.$

Nota 1. Præp. $\alphaμφί$ et $\muετά, \piερί, \eta\piό$ cum dativo in N. T. non occurunt.

Nota 2. Ante relātivum præpositio sæpe omittitur, si iam legitur ad substantivum, ad quod pronomen refertur; Luc. 1, 25.: $οὔτως\ μοι\ πεποίηκεν\ δ\ κύριος\ \epsilon\nu\ \eta\muέραις, \alphaῖς\ \alphaπεῖδεν = sic\ fecit\ mihi\ Dominus\ in\ diebus,$ quibus respexit ... Act, 13, 2. $\epsilon\piε\ τό\ πνεῦμα\ τὸ\ \alphaγιον. \alphaφορίσατε\ δή\ μοι\ τὸν\ Βαρνάβαν\ καὶ\ Σαῦλον\ εἰς\ τὸ\ \epsilon\rhoγον,$ δ προσκέκλημαι αὐτούς = dixit illis Spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum et Barnabam in opns, ad quod assumpsi eos. Act. 13, 38.

Nota 3. Ubi pronomen demonstrativum suppressum est, præpositio, quæ ei præcedere debebat, relativo sequenti præfigitur; e. g. I. C. 7, 1.: Περὶ δὲ ὃν ἐγράψατέ μοι. Καλόν = de quibus autem scripsistis mihi: Bonum . . ., Rom. 6. 21.: Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε, ἐφ' οὓς νῦν ἐπαισχύνεσθε = Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?

Nota 4. Præpositio, a qua duo vel plura nomina pendent, repetitur, quum orationis gravitas, quam orator sono optime notare valet, postulat; e. g. Act. 26, 29. εὐξαίμην ἢν τῷ Θεῷ καὶ ἐν δλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ, οὐ μόνον . . . = opto apud Deum, et in modico, et in magno, non tantum . . .; I. C. 14. 6. ἐὰν μὴ ὑμῖν λαλήσω ἢ ἐν ἀποκαλύψει ἢ ἐν γνώσει ἢ ἐν προφητείᾳ ἢ ἐν διδαχῇ . . . nisi vobis loquar aut in revelatione aut in scientia aut in prophetia aut in doctrina..

Nota 5. Interdum alia, quam quæ exspectatur lectori, præpositio reperitur. e. g. Luc. 11, 13. ὁ πατὴρ, ὁ ἔξ (pro ἐν) εὐρανῷ, δώσει. Hebr. 13, 24. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ απὸ (pro ἐν) Ἰταλίας; in his locis ἔξ et ἀπό verbis magis convenienter quam ἐν.

Impropriæ præpositiones sunt sequentes: ἐνεκεν = ob, propter; χωρὶς, ἀνευ, ἀτερ = sine; πλήν = præter; μέχρι, ἀχρι, ἕως = usque ad; ἐμπροσθεν, ἐνώπιον = coram; ἐνχυτίον = contra; ὀπίσω = post; ἐπάνω = supra; ὑποκάτω = subtus; μεταξὺ = inter; — Omnes cum genitivo coniunguntur.

§ 18. De præpositionibus, quæ unice cum genitivo construuntur.

1. Ἀντί (ante, gegen) in N. T. ut in profanorum scriptis

a) maxime commutationem indicat e. g. Mt. 20, 28. τοῦ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν = ut daret animam suam redemptionis pretium pro multis.

b) Sæpe de pretio in emendo et vendendo adhibetur; e. g. Hebr. 12, 16. ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ = qui pro uno ferculo primogeniti iura vendidit.

c) Interdum quoque retributionem detonat; e. g. Mt. 5, 38. ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος = oculum pro oculo et dentem pro dente. Rom. 12, 17. μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδίδοντες = nemini malum pro malo retribuentes.

d) Etiam de successione dicitur: Mt. 2, 22. Ἀρχέλαος βασιλέυει ἀντὶ Ἡρώδου = Archilaus regnat loco Herodis.

Nota. Phrases: ἀντὶ τούτου, ideo (Eph. 5, 31.), ἀνθ' ὅν, quare, eo quod, quia (Act. 12, 23.) adverbialiter leguntur. L. 1, 20. II. Thess. 2, 10.

2. Ἀπό (lat. ab; von — weg, von — her) imprimis ad separationem rei a re, cui adiuncta erat, indicandam usurpatur, itaque nota est:

a) loci, unde aliquid egreditur; e. g. Mt. 7, 23. ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ: discedite a me! — Mt. 3, 16. ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὑδάτος = ascendit ex aqua. Mr. 8, 11. σημεῖον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ = signum de cælo. — Interdum ad distantiam localem nec non ad locum, unde aliquis oriundus est, indicandum adhibetur e. g. Mr. 14, 54. Πέτρος ἀπὸ μακρόθεν ἤκολούθησεν = Petrus e longinquō secutus est. Act. 17, 13. οἱ ἀπὸ Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι = Judaei a Thessalonica. — Jo. 1, 45.

b) temporis, ex quo inde aliquid factum est; e. g. Luc. 2, 36. ζήσασα ἔτη — ἐπτὰ ἀπὸ τῆς παρθένιας αὔτῆς = cum vixisset septem a virginitate sua annos; Mt. 19, 4. ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς.... ἐποίησε = creator ab initio fecit.

Ex hoc usu etiam exortæ sunt phrases: ἀφ' οὗ (scil. χρόνου) L. 13, 25.; ἀφ' ἣς (scil. ἡμέρας) Act. 20, 18.

c) Et omnino originis notula est. Sic. iam notat:

α) auctorem e. g. Act. 10, 17. ἀπεσταλμένοι ἀπὸ Κορηνηλίου = missi a Cornelio;

β) impulsu e. g. Marcus 14, 26. ἀπὸ τοῦ φόβου ἔκραξαν = præ timore (impulsu timoris); Lc. 22, 45. κοιμωμένους ἀπὸ τῆς λύπης = dormientes præ tristitia.

γ) partem, quæ a toto separatur: Mt. 27, 21. τίνα ἀπὸ τῶν δύο ἀπολύσω = quem ex duobus absolvam?

δ) materiam, e. g. Mt. 3, 4. ὁ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου = Joannes habebat vestimentum suum de pilis camelii.

ε) adminiculum, e. g. Mt. 7, 16. ἀπὸ τῶν καρπῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς = ex fructibus cognoscetis eos.

Nota 1. ἀπὸ μέρους = ex parte Rom. 15, 15.

Nota 2. ἀπὸ nonnunquam in N. T. reperitur, ubi rectius iuxta consuetudinem veterum Græcorum ἐκ, παρά, ὅποι vel casus conveniens (gen. v. acc.) ponendus erat; ceterum inveniuntur in CC. lectiones variantes.

3. Ἐκ (ἐξ) = lat. e v. ex.

a) Dicitur de loco, unde aliquid movetur, sive ex eius internis partibus exeat, sive ab ejus latere abeat; e. g. Act. 8, 39. ἀνέβησαν ἐκ τοῦ βάπτος = ascenderunt ex aqua; Act. 28, 4. εἶδον κρεμάμενον ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ τὸ θηρίον = viderunt bestiam, de manu eius pendentem; Hebr. 13, 10. Ἔχομεν θυσιαστήριον, ἐξ οὗ φαγεῖν.... habemus altare, de quo edere non habent potestatem. Sedere ad dextram et sinistram: Mt. 20, 21.... οὐαὶ καθίσωσιν οὗτοι οἱ υἱοί μου εἰς ἐκ δεξιῶν σοῦ καὶ εἰς ἐξ εὐωνύμων....

b) Adhibetur de tempore, e quo inde aliquid factum est; e. g. Mt. 19, 20. ἐκ νεότητός μου = a juventute mea; Act. 9, 33. ἐξ ἑτῶν ὀκτώ = ab octo annis.

Huc etiam referuntur phrases ellipticæ: ἐκ τούτου scit. χρόνου et ἐξ οὗ. Jo. 6, 66.

c) et in universum de omni conditione, cui originis sententia inest, usurpatur; sic iam notat:

α) originem physicam, e. g. Mt. 1, 3. ἐκ τῆς Θάμαρ; Mt. 3, 9. δύναται ὁ Θεός ἐκ τῶν λίθων ἐγεῖραι = potens est Deus e lapidis suscitare. — Huc etiam referuntur phrases ellipticæ: οἱ ἐκ περιτομῆς, ἐκ κόσμου, ἐξ ἀκροβυστίας, ἐξ ἐθνῶν πιστοί etc.

β) originem spiritualem, e. g. Jo. 8, 44. ἐκ κατρός τοῦ διαβόλου; Mr. 12, 30. ἀγαπήσεις θεὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας = diliges Deum ex toto corde.

γ) causam efficientem, e. g. Jo. 7, 22. οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ Μωυσέως ἐστίν = non quod a Mose sit.

Quamobrem post passiva interdum pro ὑπὸ usurpatur, e. g. II. C. 2, 3. ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ = tristitia affectus a me. Et cum pronomine personali hic ibi periphrasin pronominis possessivi efficit, e. g. II. C. 9, 2. ὁ ἔμῶν ζῆλος = vester zelus.

δ) materiam et adminiculum, e. g. Mt. 27, 29. στέφανον ἐξ ἀκανθῶν = coronam e spinis; Jo. 2, 15. φραγέλλιον ἐκ σχοινίων = flagellum e funibus; Lc. 16, 9. ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμονᾶ = facite vobis amicos de mamona.

ε) nonnunquam etiam pretium; Mt. 27, 7. ἡγόρασαν ἐξ αὐτῶν τὸν ἄγρον emerunt illis agrum.

ζ) convenientiam: II. C. 8, 11. οὕτως καὶ τὸ ἐπιτελέσαι ἐκ τοῦ ἔχειν . . . ita et perficiendi (scil. sit animus) ex eo (i. e. iuxta possessionem), quod habetis.

Nota. Cum adiectivis neutris vel substantivis coniuncta hæc præpositio adverbii notionem sæpius efficit, ut: ἐκ δευτέρου = iterum Mt, 26, 42.; ἐκ περισσοῦ = abundanter; Mr. 6, 51. ἐκ μέτρου = mediocriter Jo. 3, 34.

4. Præpositio πρό indicat:

a) locum, ante quem aliquid est, e. g. Mt. 11, 10. ἀποστέλλω τὸν ἄγγελον πρὸ προσώπου σου = mitto angelum meum ante faciem tuam; Act. 5, 23. φυλάκας ἐστῶτας πρὸ τῶν θυρῶν = custodes stantes ante portam;

b) tempus, ante quod aliquid erat, e. g. Jo. 10, 8. πάντες ὅσοι ἦλθον πρὸ ἐμοῦ = omnes quotquot venerunt ante me; Act. 5, 36. πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν = ante hos enim dies; Mt. 8, 29. πρὸ καιροῦ = ante tempus.

c) Etiam præstantiam aliquam, e. g. Jac. 5, 12. πρὸ πάντων μὴ ὀμηνύετε = ante omnia non iurate; I. P. 4, 8. πρὸ πάντων τὴν ἀγάπην ἔχοντες = ante omnia amorem habentes.

§ 19. De præpositionibus, quæ unice cum dativo construuntur.

1. 'Ev ad designandam conditionem, qua res vel persona versatur, omnino adhibetur, ideoque sensu varie inclinato et mutato dicitur :

a) de loco, in cuius interiore parte, superficie, vicinia aliquid versatur, e. g. Mt. 4, 16. ἐν σκότει; Mt. 16, 27. ἐν δόξῃ = in gloria; Apoc. 3, 21. ἐν τῷ θρόνῳ; καθίζειν ἐν δεξιᾷ = sedere in dextera.

Nota. Facile inde intelligitur, quo iure hac præpositione etiam commoratio in multitudine hominum indicetur, e. g. Jo. 1, 14. ἐσκήσωσεν ἐν ἡμῖν = habitavit inter nos; Act. 4, 34. οὐδὲ ἐνδεῆς ὑπῆρχεν ἐν αὐτοῖς = neque egenus erat inter eos;

b) de tempore, quo labente aliquid fit, e. g. Mr. 13, 24. ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

Nota. Dictio ἐν τρίσιν ἡμέραις plerumque non itegros tres dies, sed solummodo termijnum trium dierum indicat, infra quem aliquid fit, vel antequam elapsus fuerit, fiet.

c) de animi statu, e. g. Eph. 4, 15. ἐν ἀγάπῃ; Phil. 1, 8. ἐν σπλάγχνοις Ἰησοῦ Χριστοῦ = in visceribus, i. e. summo amore Jesu Christi.

d) de instrumento et causa, e. g. Jo. 1, 26. βαπτίζω ἐν υδατι = baptizo aqua; Rom. 16, 16. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἀγίῳ = salutate vos invicem osculo sancto; Mt. 6, 7. ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται = propter multiloquium exaudiantur; ἐν ᾧ = ἐφ' ᾧ = per hoc — quia, Hebr. 2, 18.

e) de mensura, Mt. 7, 2. ἐν ᾧ γάρ κρίματι — καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ = quo iudicio — qua mensura.

Nota α). Non raro hæc præpositio cum substantivo notio nem adjectivi v. adverbii periphrastice exprimit, e. g. L. 4, 32. ἐν ἔξουσίᾳ ἦν = potens erat; II. C. 12, 2. ἄνθρωπος ἐν Χριστῷ = homo christianus; Mr. 14, 1. ἐν δόλῳ = dolose; Jo. 7, 4. ἐν κρύπτῳ = occulte; Lc. 18, 8. ἐν τάχει = cito.

Nota β). Interdum præpositione ἐν appositio infertur, e. g. Eph. 4, 3. σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἐνότητα τοῦ πνεύματος ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης = ἦ ἐστιν ὁ σύνδεσμος τῆς εἰρήνης = studentes servare unitatem spiritus, quæ est vinculum pacis.

Nota γ). Usum præpositionis ἐν pro εἰς, quem non pauci grammatici in N. T. arbitrarium esse credunt, alii nil nisi attractionem e brevitatis studio prognatam esse statuant. Horum sen-

tentiæ adstipulari non dubitamus, cum in locis, ubi ἐν pro εἰς positum esse videtur, verba tendendi in locum (die eine Bewegung, ein Streben nach einem Orte oder Ziele ausdrücken) simul sensum morandi (das Erreichen des Ortes oder Ziels und das Verweilen dabei) involvant, quod modo ex orationis nexu patet, modo e communi dicendi genere colligitur. Neque est, quod hanc ἐν et εἰς permutationem ex usu hebr. ἢ, quod utramque potestatem habet, explicemus, cum etiam veteris Græciæ scriptores verba tendendi in locum elliptica ratione cum ἐν. conjunixerint. Etiam Romani dixerunt: ponere in loco. Mt. 14, 3. Ἡρώδης ἔθετο ἐν φυλακῇ Ἰωάννην = reddidit sedentem in carcere; Lc. 7, 17. ἔξῆλθεν ὁ λόγος οὗτος ἐν πάσῃ Ἰουδαίᾳ = exiit (atque erat) hic sermo in omni Iudæa (verbreitete sich in ganz —); Lc. 23, 42. ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου = cum veneris in regnum tuum, i. e. cum in regno, quod constitueris, rex eris (wenn du angekommen sein wirst).

2. Σύν in universum coniunctionem indicat, eandem ob causam ad notandam societatem adhibetur. Mr. 4, 10, σὺν τοῖς δώδεκα; Mr. 8, 34. σὺν τοῖς μαθηταῖς.

Nota. Interdum admixta est notio auxilii vel etiam instrumenti, e. g. I. C. 15, 10. ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοὶ = gratia Dei, quæ mecum est, i. e. quæ adjuvat me; I. C. 5, 4. σὺν τῇ δυνάμει = potestate.

§ 20. De præpositionibus, quæ unice cum accusativo construuntur.

1. Præpositioni εἰς notio directionis in locum aliquem inest propria. Itaque ea indicat:

a) contentionem ad locum v. personam cum verbis movendi coniuncta, e. g. Lc. 8, 8. ἐπεσεν εἰς τὴν γῆν = cecidit in terram; Mt. 27, 30. ἐμπτύσαντες εἰς αὐτόν = cum conspuissent eum.

Nota. Interdum accusativo, qui ab εἰς dependet, suppresso, (genitivus hanc præpositionem sequitur; e. g. Act. 2, 27. εἰς scil. τόπον) ἔδου

b) Temporis terminum, e. g. Mr. 13, 13. ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος = qui sustinuerit usque in finem; Act. 4, 3. εἰς τὴν αὔριον = ad posterum diem.

c) Indirectum obiectum orationis, ponitur itaque ante personas, quae finem constituunt actionis, e. g. Mt. 26, 10. ἔργον γὰρ καλὸν εἰργάσατο εἰς ἐμέ = opus bonum mihi præstítit; Mt. 18, 15. ἐὰν ἀμαρτήσῃ εἰς σέ = si peccaverit adversum te; Lc. 12, 10; II. C. 10, 1.

Nota. Hæc directionis sententia valet, ubi verba dicendi aliaque e. g. λέγειν, πιστεύειν, βλασφημεῖν, ἐλπίζειν, βαπτίζειν etc. cum hac præpositione construuntur; nec non Mt. 12, 41. εἰς τὸ κῆρυγμα Ἰωνᾶ μετενόησαν = pœnitentiam agebant ad prædicatiōnem Jonæ (nam qui auctore alicuius resipiscit, mentem ad ejus sententiam mutat.)

d) Statum, in quem aliquis v. aliquid transit; e. g. Act. 2, 10. Οὐλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα = sol convertetur in tenebras et luna in sanguinem; Hebr. 6, 6. ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν = renovari ad pœnitentiam i. e. ad meliorem frugem reducere.

e) Finem et effectum. Mr. 1, 38. εἰς τοῦτο γάρ ἔξελήλυθα = ad hoc enim veni; Mt. 27, 7. εἰς ταφὴν τοῖς ξένοις = ad sepulturam hospitibus; Rom. 10, 10. καρδίᾳ γάρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὅμοιογενται εἰς σωτηρίαν i. e. fides cordis interna requiritur, ut quis iustus sit; externa fidei professio necessaria est, ut quis salvus sit; I. C. 11. 17. ὅτι οὐκ εἰς τὸ κρείττον, ἀλλ' εἰς τὸ ἄττον συνέρχεσθε = corripiens vos, quia non ad ædificationem mutuam, sed ad scandalizandum convenitis.

f) gradum et mensuram, II. C. 4, 17. καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν = immensum scilicet pondus; II. C. 10, 13. ήμεῖς δὲ οὐχὶ εἰς τὰ ἄτμετρα καυχησόμεθα = nos autem non in immensum gloriabimur.

Nota. Non raro εἰς ad verba commorandi positum est, duabus elocutionibus in unam brevitatis studio contractis; hæc verba plerumque præcedentem adventum præsupponunt. Etiam veteribus hæc ratio frequens erat. Mt. 2, 23. κατώκησεν εἰς πόλιν Να-

Ζαρέτ = prefectus — habitavit in urbe Nazaret. Mr. 2, 1. καὶ ἡκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν εστιν. Et auditum est, quod (intrasset et) in domo esset.

2. Ἀνά præter vocabulum μέσον et μέρος, quibus præponitur, cardinale interdum adjunctum tenet, ut numerum distributivum indicet; Mt. 13, 25. ἀνὰ μέσον τοῦ σίτου = medium inter frumentum; I. C. 14, 27. καὶ ἀνὰ μέρος καὶ εἰς διερμηνευέτω = et per partes (ita ut alter alterum excipat) et unus interpretur; Lc. 9, 3. μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν = neque duas tunicas (binas) habete; Lc. 10, 1. ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο = misit eos binos; Mr. 6, 40. καὶ ἀνέπεισον πρασιά, ἀνὰ ἐκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα = et discubuerunt in partes per centenos et quinquagenos.

§ 21. Præpositiones, quæ cum duobus casibus construuntur.

1 Διά = per, constructur:

a) cum genitivo, quia sententia permeandi notioni exeundi adhæret; adhibetur ad notandum:

α) locum, per quem aliquid permeavit, e. g. Lc. 4, 30. αὐτὸς διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν ἐπορεύετο; I. C. 3, 15. σωθήσεται ὁς διὰ πυρός i. e. salvabitur quasi per ignem transiens.

β) tempus, quo durante v. quo præterlapso aliquid fit, e. g. Lc. 5, 5. δι' ὅλης τῆς νυκτός. Act. 24, 17. Δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων = post annos autem plurimos; Gal. 2, 1. διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν πάλιν ἀνέβην . . .

γ) causam efficientem et instrumentum, e. g. Act. 4, 16. σημεῖον γέγονε δι' αὐτῶν = signum factum est per eos; Act. 8, 20. διὰ χρημάτων κτᾶσθαι = pecunia comparari; Jo. 1, 3. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο.

δ) rationem (*Art und Weise*), qua aliquid perficitur, ita ut cum substantivo adverbii sententiam habeat, e. g. L. 8, 4, διὰ παραβολῆς = parabolice; Act. 15, 27. ἀπεστάλκαμεν . . . αὐτοὺς διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά = misimus . . . qui vobis verbis referrent eadem; Hebr. 12, 1. δι' ὑπομονῆς = constanter, pati-

enter; Rom. 2, 27.... χρινεῖ σε τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμον = et iudicabit te, qui per litteram et circumcisionem (i. e. quamquam scriptam legem habes et circumcisio- nem ...) prævaricator legis es.

b) Cum accusativo coniuncta præp. διὰ causam rationemque rei habitam indicat; e. g. Mt. 27, 18. διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν = propter invidiam tradiderunt eum; Lc. 1. 78. διὰ σπλάγχνα = propter misericordiam; Mr. 2, 27, τὸ σάββατον διὰ τὸν ἀνθρώπον ἐγένετο = sabb. propter hominem factum est; Jo. 11, 42. ; 12, 30 οὐ δι' ἐμέ αὕτη ἡ φωνὴ γέγονεν, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς = non propter me hæc vox venit, sed propter vos; I. C. 11, 9.

Nota. Sæpiissime hæc præpositio cum infinitivo, cui arti- culus præpositus est, legitur e. g. Mt. 13, 5. διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος = quia non habuerunt terræ altitudinem.

2. Κατά (opp. præp. ἀνά) si construitur cum

a) genitivo, significat locum, de quo (ad inferiora) mo-
vetur aliquid, vel per quem motus diffunditur, vel in quem agi-
tur, e. g. Mt. 8, 32. ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ =
proruit totus grex de præcipiti; Lc. 4. 14. φήμη ἐξῆλθεν καθ'
ὅλης τῆς περιχωρίου = fama exiit per totam regionem circumia-
centem; Jo. 18, 20. τίνα κατηγορίαν φέρετε κατὰ τοῦ ἀνθρώπου
τούτου = quam accusationem affertis contra hunc hominem.

Nota. Etiam in formulis iurandi hæc præpositio adhibetur,
e. g. Mt. 26, 63. ἔξορμίζω σε κατὰ τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος = obtestor
te per Deum vivum; I. C. 15, 15. ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ θεοῦ
= testati sumus per Deum.

b) Si construitur cum accusativo hæc præpositio, significat;

α) locum, in quem aliquid fertur, per quem aliquid ex-
panditur, in quo aliquid versatur, e. g. L. 10, 32.: γενόμενος κατὰ τὸν
τόπον = cum ad locum venisset; Lc. 8, 39. ἀπῆλθε καθ' ὅλην τὴν
πόλιν κηρύσσων = abiit per universam civitatem prædicans; Act.
15, 23. τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν = his qui Antiochiæ sunt.

β) tempus, quo factum est aliquid; e. g. Mt. 1, 20. κατ
ἔναρι; Lc. 2, 41. κατ' ἔτος.

γ) numerum distributivum ratione loci, temporis et rerum copiae; e. g. Mt. 24, 7. καθ' ἡμέραν = per singulos dies; Lc. 11, 3. κατὰ καιρόν; Jo. 5, 4.; κατὰ μέρος = per singulas partes. Hebr. 9, 5.

δ) rationem (*Art und Weise*), ita ut cum substantivo intelligatur adjectivaliter v. adverbialiter; e. g. Rom. 11, 21. οἱ κατὰ φύσιν χλάδοι = naturales rami; II. C. 8, 2. ἡ κατὰ βάθους πτωχεία = profunda (Vulg. altissima) paupertas; Lc. 10, 31. κατὰ συγκυρίαν = fortuito, casu; Rom. 7, 13. καθ' ὑπερβολήν = hyperbolice, summe;

ε) similitudinem et conformitatem, e. g. Gal. 4, 28. κατὰ Ἰσαάκ = sicut Isaak; Jo. 2, 6. κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων = secundum purificationem Judæorum (gemäß den Reinigungsgebräuchen); Lc. 2, 22. κατὰ τὸν νόμον Μωυσέως = secundum legem Moysis;

Huc etiam spectant inscriptionis evangeliorum: κατὰ Ματθαῖον = gemäß der Darstellung des Matthäus.

3. Υπέρ = super.

a) cum genitivo constructa hæc præpositio significat:

α) obiectum, de quo agitur, in cuius commodum aliquid fit, cuius loco aliquid supponitur admixta utilitatis sententia; e. g. Jo. 1, 30. οὗτός ἐστιν ὑπὲρ (περὶ § A) οὗ εἴπον = hic est, de quo dixi...; Rom. 9, 27. Ἡσαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ = Isaias clamat pro Israël; (II. C. 7, 4. II. Thess. 2, 1. II. C. 1, 6.); Mr. 9, 40. ὑπὲρ ὑμῶν ἐστιν = pro vobis est; Lc. 22, 19. τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον = quod pro vobis datur, utilitatis vestræ causa; Phil. 13. ἵνα ὑπὲρ σοῦ διακονῇ = ut pro te (tuo loco) ministraret; Jo. 10, 15. ὑπὲρ τῶν προβάτων = pro ovibus animam pono; Rom. 5, 6. Χριστός... ὑπὲρ ἀσέβων ἀπέθανεν = Chr. pro impiis mortuus est; Hebr. 5, 1. Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς.... ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται = ... pro hominibus constituitur; Hebr. 7, 25. εἰς τὸ ἐντυγχάνειν ὑπὲρ αὐτῶν = ad interpellandum pro iis.

β) causam, propter quam aliquid fit; e. g. Act. 5, 41. ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὄνοματος κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι = quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati; II. C. 12, 8. ὑπὲρ

τούτου τρις τὸν κύριον παρεκάλεσα = propter quod ter Dominum
rogavi; Rom. 15, 8.... ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ = propter veritatem,
i. e. propterea, ut ostenderetur, Deum esse veracem = fidelem
in promissis; Philip, 2, 13. — Jo. 11, 4. ἡ ἀσθένειά ἔστιν
ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ = . — infirmitas est pro gloria Dei.

b) Cum accusativo iuncta hæc præpositio indicat:

α) dignitatis locum, quo aliquis effertur; e. g. Lc. 6, 40.
οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον = non est discipulus supra
magistrum; Ephes. 1, 22. ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα = dedit
caput supra omnia;

β) omnem præstantiam in comparando; e. g. Mt. 10, 13.
ὁ φιλῶν πατέρα ὑπὲρ ἐμέ = qui diligit patrem supra (plus quam)
me; Act. 26, 13. ὑπὲρ λαμπρότητα τοῦ ήλιου = supra splendorem
solis; Philem. 16. ὑπὲρ δοῦλον...

§ 22. De præpositionibus, quæ cum tribus casibus construuntur.

1. Ἐπί præponitur

a) genitivis et quidem

α) loci, in quo, super quem, juxta quem aliquid moratur,
in quem aliquid tendit; e. g. Mt. 27, 19. καθημένου αὐτοῦ ἐπὶ¹
τοῦ βήματος = cum sederet in tribunali; Mr. 14, 35. ἐπεσεν ἐπὶ¹
τῆς γῆς = humili procidit; Mt. 21, 19. ἐπὶ τῆς ὁδοῦ = secus
viam; Jo. 21, 1. ἐπὶ τῆς θαλάσσης = ad mare; ideoque sensu
translato de dominatione et præstantia usurpat, e. g. Mt. 2, 22;
Act. 8, 27. ὃς ἦν ἐπὶ πάσοις τῆς γῆς = qui erat super omnes
gazas; Rom. 9, 5. ὁ ὁν ἐπὶ πάντων θεός = qui est super
omnia Deus.

β) temporis, quo labente aliquid accidit, e. g. Mt. 1, 11.
ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλώνος = sub transmigratione in Babylonia;
Act. 11, 28. ὅστις ἐγένετο ἐπὶ τοῦ Κλαυδίου = quæ facta
est tempore Claudii; Mr. 2, 26.; Ephes. 1, 16.

γ) obiecti indirecti: Jo. 6, 2. σημεῖα ἢ ἐποίει ἐπὶ τῶν ἀσθε-
νούντων = signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur ;

II. Cor. 7, 14. ἡ κακύχησις ἡ ἐπὶ Τίτου (πρὸς Τίτον) gloriatio nostra — coram Tito (facta).

Nota. Sæpius hæc præpositio cum substantivo adverbialiter intelligenda est; e. g. Act. 10, 34. ἐπ' ἀληθείᾳ = revera, vere.

b) Construitur cum dativis

α) loci, ubi aliquid est v. qui motu petitur; e. g. Mt. 14, 8. δός μοι ὅδε ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλήν = da mihi in patina caput; Mr. 6, 25.; Mt. 24, 33. ἐπὶ θύραις — ἐπὶ τῇ θύρᾳ = in ianuis; Mr. 6, 39. ἀνακλῖναι ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ = accumbere super viride fœnum.

β) temporis, e. g. Hebr. 9, 26, νῦν δὲ ἀπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων = (Vulg. nunc autem semel consummatione sæculorum ...) i. e. nunc autem tempore Mess. vel legis evangelicæ — semel

γ) obiecti, e. g. Lc. 1, 47. ἡγαλλίασε τὸ πνεῦμα μοῦ ἐπὶ τῷ θεῷ = exultavit spiritus meus super Deo.

δ) dominationis et auctoritatis, e. g. Mt. 24, 47. ὅτι ἐπὶ πᾶσιν τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ καταστήσει αὐτόν = super omnia bona sua constituet eum; Lc. 5, 5. ἐπὶ τῷ ῥήματί σου χαλάσω τὸ δίπτυον = tuo jussu laxabo rete.

ε) conditionis e. g. Mt. 4, 4. ἐπ' ἄρτῳ Rom. 8, 20. ἡ κτίσις ὑπετάγη ἐπ' ἐλπίδι = creatura subiecta est ... in spe; I. C. 9, 10.; Hebr. 10, 28.

ζ) causæ, e. g. Mt. 19, 9. ἀπολύσῃ τὴν γυναικα μὴ ἐπὶ πορνείᾳ = dimiserit uxorem nisi ob fornicationem. — Dein cum verbis animi motum significantibus: θαυμάζειν, χαίρειν, λυπεῖσθαι, μετανοεῖν et sim.; — ἐφ' ω̄ = quia.

Nota. Non raro hæc præpositio legitur, ubi dativus sufficeret, e. g. Mr. 5, 33. ὃ γέγονε ἐπ' αὐτῇ = quod factum est ei; et in phrasibus: πιστεύειν, ἐλπίζειν, πεποιθέναι ἐπὶ τινι vel ἐπὶ τινα.

c) Præponitur accusativis

α) loci, supra quem movetur, moratur aliquid v. ad quem tenditur; e. g. Lc. 4, 25. ἐγένετο λιμός — ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν = facta est fames in universa terra; Jo. 13, 25. ἐπιπεσῶν ἐπὶ τὸ στῆθος = inclinatus ad pectus; Mt 14, 28. κέλευσόν με ἐλθεῖν πρός σε ἐπὶ τὰ ὕδατα = iube me ad te venire super aquas

β) temporis spatii, e. g. Lc. 4, 25. ἐκλείσθη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τῆς τρία = clausum est cœlum tres annos; Act. 3, 1. ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς = ad horam orationis.

γ) consilii et finis, Lc. 23, 48. οἱ συμπαραγενόμενοι ὅχλοι ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην = turba, quæ convenerat ad hoc spectaculum.

δ) numeri et mensuræ, e. g. Act. 10, 16. ἐπὶ τρίς = ter; Apoc. 21, 26. ἐπὶ σταδίους δώδεκα χιλιάδων = per stadia duodecim millia.

Nota 1. Præp. ἐπὶ cum accus. adiungitur verbis regendi, dominandi, vigilandi, e. g. Lc. 1, 33. βασιλεύειν ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακώβ . . .; Lc. 2, 8. φυλακὰς . . . ἐπὶ τὴν ποίμνην = vigilias . . . super gregem suum; Hebr. 2, 7. κατέστησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου = constituisti eum super opera manuum tuarum; dein nonnullis verbis affectum animi significantibus, e. g. Mt. 15, 32. σπλαγχνίζομαι; Lc. 23, 28. κλαίω; ἐλπίζειν, πιστεύειν, πεποιθέναι et sim.

Nota 2. Interdum cum nomine suo adverbiascit; e. g. Act. 4, 17. ἐπὶ πλεῖον = latius.

2. Μετά, quæ in universum et proprie communionis sententiam tenet, coniuncta

a) cum genitivo significat:

α) societatem, e. g. Mt. 2, 3. πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ = et omissis Jerosolyma cum eo; Lc. 15, 30. μετὰ πόρνων = cum meretricibus; Lc. 22, 28. οἱ διαμεμενηκότες μετ' ἐμοῦ = qui permanerunt apud me.

β) auxilium, instrumentum, animi conditionem, e. g. Mt. 28, 20. ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας = ego vobiscum sum omnibus diebus; Act. 7, 9. καὶ ἦν ὁ θεὸς μετ' αὐτοῦ = et erat Deus cum eo; Lc. 17, 15. μετὰ φωνῆς μεγάλης δοξῆς = voce magna glorificans; Mr. 9, 24. μετὰ δακρύων ἐλεγε = cum lacrimis dicebat; Act. 17, 11. ἐδέξαντο τὸν λόγον μετὰ πάσης μακροθυμίας = receperunt verbum cum omni patientia = animo promptissimo.

Nota. Una cum substantivo adverbiascit: Mt. 13, 20. μετά χαρᾶς = lubenter; Lc. 1, 39. μετά σπουδῆς = festinanter.

b) Cum dativo in N. T. non legitur.

c) cum accusativo in N. T. solummodo legitur ut nota temporis, quo præterlapso aliquid accidit; e. g. Mt. 1, 12. μετὰ τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος = post captivitatem babyl.; Mt. 17, 1. μεθ' ἡμέρας ἔξ = post sex dies.

Ad locum significandum unice legitur. Hebr. 9, 3. μετὰ τὸ δεύτερον καταπέτασμα = post velamentum secundum.

3. Παρά, cui ratio vicinitatis inest, construitur

a) cum genitivo et quidem

α) loci, a quo aliquid abit, vel ubi aliquid est; e. g. Mr. 14, 43. παραγίνεται Ἰούδας — παρὰ τῶν ἀρχιερέων = adest Judas — a summis sacerdotibus; Mr. 3, 21. οἱ παρ' αὐτοῦ = qui ab eo scil. sunt, i. e. asseclæ.

β) auctoris, e. g. Philip. 4, 18. δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν = cum acceperim ab Epaphrodito vestra scil. munera, Jo. 1, 6. ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ = missus a Deo; Act. 22, 30. τί κατηγορεῖται παρὰ τῶν Ἰουδαίων (l. v. in pluribus cod. ὑπό) = cur accusaretur a Judæis? (von Seiten); Mt. 21, 42. παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη = a Domino factum est istud i. e. divinitus.

b) Ubi dativo præponitur, significat

α) locum, ubi aliquid est; e. g. Jo. 19, 25. εἰστήκεισαν παρὰ τῷ σταυρῷ = steterant ad crucem; Mt. 22, 25. ἦσαν καὶ ἡμῖν = erant apud nos.

β) personam, penes quam est judicium, facultas; e. g. Lc. 1, 30. εὗρες χάριν παρὰ Κυρίῳ = invenisti gratiam apud Dominum; Mt. 19, 26. παρὰ ἀνθρώποις τοῦτο ἀδύνατόν ἐστιν = per (apud) homines hoc impossibile est.

c) Construitur etiam cum accusativo loci, secundum quem, ad quem, in quo aliquid est; e. g. Mr. 1, 16. περιπατῶν παρὰ τὴν θάλασσαν = ambulans iuxta mare; Lc. 5, 1. ἦν ἐστὼς παρὰ τὴν λίμνην = steterat apud lacum; Act. 4, 35. καὶ ἐτίθουν παρά τους πόδας τῶν ἀποστόλων = et ponebant ante pedes apostolorum.

Nota. Interdum hæc præpositio adhibetur ad indicandum lat. „præter“ = außer, ad notandum id, quod non convenit

(imo contra naturam, legem fit, e. g. παρὰ φύσιν, παρὰ νόμον R. 1, 26. Act. 18, 13.), et in comparando loco particulæ ḥ; e. g. Lc. 3, 13. μηδὲν πλέον παρὰ τὸ δικτετχυμένον ὑμῖν πράσσετε = nihil amplius quam (außer was ...) quod vobis constitutum est agite; Lc. 13, 2. οἱ Γαλιλαῖοι οὗτοι ἀμαρτωλοὶ παρὰ πάντας τοὺς Γαλιλαίους ἐγένοντο = hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint; I. C. 3, 11. θεμέλιον ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸ κάμενον = fundamentum aliud nemo potest ponere præter illud, quod positum est; Rom. 14, 5. διὰ μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν = nam aliis iudicat diem inter diem, i. e. diem diei præferendum indicat; Rom. 1, 25. ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα = servierunt creaturæ potius quam creatori.

4. Περὶ constructur cum

a) genitivo, ubi est nota obiecti, de quo, cuius causa, cuius commodo agitur; e. g. Mt. 11, 7. λέγειν περὶ Ἰωάννου = de Joanne; I. C. 1, 4. εὐχαριστῶ περὶ ὑμῶν = gratias ago pro vobis; Mr. 14, 24. αἷμα — ἔχυνόμενον περὶ πολλῶν = sanquis, qui effunditur pro multis.

Nota. In exordio orationis plerumque resolvenda est hæc præpositio cum gen. per „quod attinet“, e. g. I. C. 16, 1. Περὶ δὲ τῆς λογίας = de collectis autem i. e. quod attinet collectas; I. C. 7, 1. περὶ δὲ ὧν... de quibus i. e. quod eos attinet, de quibus scripsisti mihi.

b) Cum dativo in N. T. non legitur.

c) Cum accusativo constructa significat:

α) locum, qui circumdatus est, e. g. Mr. 3, 8, οἱ περὶ Τύρου = qui circa Tyrum; Lc. 22, 49. οἱ περὶ αὐτὸν = qui circa eum erant = discipuli ejus.

β) temporis punctum, circa quod aliquid fit; e. g. Act. 10, 9. περὶ ώραν ἐκτην = circa horam sextam.

γ) obiectum actionis eo sensu, quo respondet germ. um, in Beziehung auf; e. g. Lc. 10, 41. μεριμνᾶς — περὶ πολλά = sollicita es... de plurimis (Vulg. erga plurima); I. Tim. 1, 19. περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν = circa fidem naufragerunt i. e. fidem perdiderunt.

5. Πρός, cuius primæ notiones sunt: abeundi a loco, morandi in loco, petendi in locum.

a) cum genit in N. T. semel tantum legitur sententiam commodi exprimens: Act. 27, 34. τοῦτο πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει = hoc ad vestram salutem pertinet.

b) dativo præposita notat locum, prope quem aliquid situm est; Jo. 18, 16. εἰστήκει πρὸς τῇ θύρᾳ = stetit ad portam; Jo. 20, 12. πρὸς τῇ κεφαλῇ = ad caput.

c) cum accusativo constructa est nota

α) loci, quem movendo petimus, Mt. 3, 5. ἐξεπορεύετο πρὸς αὐτόν = exibat ad eum; Lc. 19, 29. ὃς ἦγγιτεν πρὸς τὸ ὄψος = cum appropinquasset.. ad montem.

Nota. Etiam cum verbis commorandi constructa legitur ante acc. loci, ubi aliquid versatur; Mt. 3, 10. ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ρίζαν τῶν δενδρῶν κεῖται = securis ad radicem arboris est posita.

Interdum legitur sensu hostili e. g. Luc. 23, 12. ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτούς sie waren mit einander in Feindschaft. Ponitur quoque post nomina, quibus notio tendendi adhæret e. g. ἐπιστολὴ πρὸς τινα, ἐντολὴ -ρός τινα etc. Eadem directionis sententia valet, si hæc præpositio reperitur in phrasibus; Jo. 11, 4. ἀσθένεια πρὸς θάνατον morbus ad mortem, Jo. 4, 35. λευκαὶ πρὸς θερισμὸν albi (scilicet agri) ad messem, Jac. 4, 5. ἐπιποθεῖ πρὸς φθόνον studet invidiæ; vel si temporis est nota Luc. 24, 29. πρὸς (gegen) ἐσπέραν, Jo. 5, 35. ὑμεῖς δὲ ἡθελήσατε ἀγαλλιαθῆναι πρὸς ὥραν ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ vos autem voluistis ad horam (i. e. ad tempus) exultare in luce eius.

β) finis, consilii, causæ: Act. 27, 12. πρὸς παραχειμώσιαν ad hiemandum, Luc. 14, 32. τὰ πρὸς εἰρήνην quæ pacis sunt, Luc. 19, 42., Hebr. 1, 7. πρὸς τοὺς ἀγγέλλους quod angelos attinet, Mat. 27, 4.; Marc. 12, 12.; Jo. 21, 22.; Mat. 19, 8. Μωϋσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν = Moyses ob duritiem cordis vestri permisit vobis.

Nota. Potissimum hæc præpositio reperitur ante infinitivos e. g. Mat. 5, 28. ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι qui aspicit mulierem, ut concupiscat eam.

γ) convenientiæ: Luc. 12, 47. μηδὲν ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, qui neque facit pro voluntate eius (v. iuxta voluntatem); Gal. 2, 14. πρὸς τὴν ἀληθείαν τοῦ εὐαγγελίου ad (secundum) veritatem evangelii.

δ) Comparationis e. g. Rom. 8, 18. οὐκ ἔξι τὰ παθήματα πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν. . . . non dignæ sunt passiones futuræ gloriæ.

6. Υπὸ (lat. sub), quæ in universum indicat „sub“ in N. T. tantum

a) cum genitivo auctoris legitur Mat. 1, 22. τὸ ρῆθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου = quod pronuntiatum est a Domino; Mat. 17, 22. μέλλει πάσχειν ὑπὸ αὐτῶν = passurus est ab eis.

b) Cum dativo constructa in libris N. T. non legitur.

c) Accusativo præponitur,

α) ut notet locum, sub quem tendimus vel sub quo versamur e, g. Mt. 5, 15. τιθέασιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον = ponunt sub modium; Mr. 4, 32. ὑπὸ τὴν σκίαν — κατασκηνοῦν = sub umbra nidulari.

β) ut notet imperium, sub quo vivunt e. g. Mt. 8, 9. ὑπὸ τὴν ἔξουσίαν εἰμι = sub potestate sum; Rom. 8, 9. ὑφ' ἀμαρτίαν εἶναι = sub peccato esse.

γ) Semel hæc præpositio etiam temporis nota est e. g. Act. 5, 21. εἰσῆλθον ὑπὸ τὸν ὄφθρον εἰς τὸ ἱερόν = ingressi sunt sub diluculum in templum.

§ 23. De præpositionibus impropriis.

Nonnulla adverbia præpositionum instar cum genitivo construuntur, hinc etiam a grammaticis præpositiones impropriæ vocantur :

1. ἐνεκα, ἐνεκεν. ἐνεκεν = propter e. g. L. 6, 22. ἐνεκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου = propter filium hominis; L. 9, 24. ἐνεκεν ἐμοῦ = propter me; Act. 26, 21. ἐνεκα τούτου μὲν Ιουδαῖοι ἐπειρῶντο = hac de causa me Judæi tantabant (scil. interficere).

Eodem sensu interdum χάριν legitur e. g. Gal. 3. 19. πραξίσεων χάριν = propter transgressiones.

2. ἀνευ = sine; Mt. 10, 29. ἀνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν = sine patre vestro (i. e. nesciente et nolente); I. Pet. 3, 1. ἀνευ λόγου, κεφδηθήσωνται sine verbo lucrifiant.

3. χωρίς, πλὴν = præter, Rom. 3, 21. Νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη = nunc autem sine lege (i. e. sine obligatione ad legem observandam) iustitia Dei (manifestata est); Act. 8, 1. πάντες δὲ διεσπάρονται . . . πλὴν τῶν ἀποστόλων = omnes dispersi sunt præter apostolos.

4. μέχρι, ἄχρι = usque ad (loc. et temp.); Rom. 15, 19. μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ = usque ad Illyriam; Rom. 5, 13. ἄχρι νόμου = usque ad legem; item ἔως; Act. 11, 22. ἔως Ἀντιοχείας = usque Antiochiam; Mt. 1, 17. ἔως τῆς μετοικεσίας . . . ἔως τοῦ Χριστοῦ = generationes usque ad transmigrationem . . . usque ad Christum.

Nota. Sæpe ἔως cum adverbii coniunctum reperitur: ἔως πότε, ἔως ἀρτι, ἔως σήμερον, ἀπὸ ἀνωθεν ἔως κάτω.

5. "Ἐμπροσθεν, ἐνώπιον, ἐναντίον = coram in conspectu (hebr. יְפָנֵל, בַּעֲדֵי, מִתְּבָא Mt. 7, 6. μὴ βάλητε . . . ἐμπροσθεν τῶν χοίρων (in lingua classica simpliciter χοίροις) = ne mittatis . . . ante porcos; Act. 6, 5. ἤρεσεν ἐνώπιον τοῦ πλήθους (τῷ πλήθει) = placuit sermo multitudini; Mt. 18, 24. οὐκ ἔστι θέλημα ἐμπροσθεν τοῦ πατρός μου . . . = θέλημα τοῦ πατρός; L. 14, 2.; I. Cor. 1, 29.; Mr. 2, 12.

6. "Οπισθεν (ἀπίσω) post, a tergo; Mt. 15, 23. κράζει ὅπισθεν ἡμῶν = clamat post nos; Luc. 21, 8. μὴ πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν = ne proficiscamini a tergo eorum i. e. nolite sequi eos; Mt. 3, 11. δὲ ὁ διάβολος ἐρχόμενος = qui post me venturus est.

7. Ἐγγύς, πλησίον prope; e. g. Jo. 6, 19. ἐγγύς τοῦ πλοίου = prope navigium; Jo. 4, 5. πλησίον τοῦ χωρίου = prope locum.

Nota. 1. Dativum comitem habent:

α) ἅμα = una cum, solummodo Mt. 13, 29. ἅμα κύτοῖς = una cum iis (scil. zizaniis) β) παραπλήσιον θανάτῳ = prope, fere ad mortem (Philipp. 2, 27.) adverbialiter sumptum.

Nota 2. Ex adverbii cum præpositionibus coniunctis in N. T. hæc sæpius reperiuntur: ἐπάνω Mt. 5, 4. πόλις ἐπάνω ὅρους

κειμένη = supra montem posita (att. ἐπ' ὅρους); ὑποκάτω κλίνης τίθησιν L. 8, 16. (att. ὑπὸ κλίνην) = subitus lectum ponit (scil. lucernam); μεταξὺ = inter Mt. 18, 15. μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνον = inter te et eum solum (scil. corripe eum); εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον = subsequenti sabbato Ac. 13, 42.; ἔκπαλαι = iam diu II. Pet. 2, 3.; ἀπόποτε = ab hoc vel ex eo (scil. tempore) Mt, 4, 17.; παρέκτος = excepto vel per exceptionem Mt. 5, 32; ἀπὸ ἄρτι = ammodo, ab hoc inde (scil. tempore) Jo. 1, 52; ἀπὸ προῖ = a mane Act. 28, 23.

Caput II.

§ 24. De adjectivis.

1. Adiectiva cum articulo præposito sæpe notionem substantivorum gerunt e. g. ὁ πονηρός = diabolus, ὁ ἄγιος = saucus (κατ' ἔξοχὴν = Messias).

2. Notiones abstractæ a scriptoribus s. non ubique per substantivum, sed sæpius per adiectivum in neutro cum articulo exprimuntur; e. g. I. C. 1, 25. τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ, τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ — quod stultum (stultitia) Dei, quod infirmum (infirmitas) Dei est i. e. quod stultum hominibus esse videtur, originis autem divinæ est, superat sapientiam humanam. Rom. 1, 20. τὰ ἀόρατα θεοῦ, = quæ in Deo videri non possunt e. g. perfectiones divinæ.

Nota. Eadem est ratio singularium (hebr.) constructionum: II. C. 4, 17. τὸ ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως = ἐλαφρὰ θλίψις = levis afflictio; Phil. 3, 8. τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως = ὑπερέχουσαν γνῶσιν = præstantem cognitionem.

3. Interdum adiectiva neutra per mutationem abstracti cum concreto personas vel omnes, e quibus aliqua classis constat, homines indicant; e. g. Hebr. 7, 7. τὸ ἐλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται, quod minus est a meliore benedicitur i. e. inferior accipit benedictionem a superiore; Jo. 17, 2., I. C. 1, 27, τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου, τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου = insipientes, infirmi in hoc orbe terrarum; Eph. 6, 12. τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας =

spirituales in improbitate. Hac ratione veteres Græci τὸ ἐναντίον, τὸ ιππικόν, τὸ βαρβαρικόν similiaque dixerunt, ubi totam hostium, equitum, barbarorum multitudinem cogitarunt.

4. Adiectiva nonnunquam elliptice posita leguntur, quorum substantiva suppressa facile vel e genere adiectivorum, vel ex usu loquendi vel e contextu aliisque subintelligi possunt; e. g. γῆ vel χώρα: Mt. 23, 15. ἡ ξηρά; Mt. 3, 5. ἡ περίχωρος; L. 1, 39. ἡ ὄρεινή; ἡμέρα: Act. 16, 11. τῇ ἐπιούσῃ; Act. 20, 16. τῇ ἑτέρᾳ; Mt. 27, 62. τῇ δὲ ἐπαύριον; Act. 19, 19. ἀργυρίου μυριάδες πέντε (scil. δραχμῶν); χεῖρ: Mt. 6, 3. ἐν δεξιᾷ, Rom. 8, 34. scil. χειρὶ.

Mt. 10, 42. ποτήριον ψυχροῦ scil. ὕδατος; Jo. 20, 12. ἐν λευκοῖς scil. ἱματίοις; Act. 27, 15. τῷ πνέοντι scil. ἀνέμῳ; Jac. 5, 7. πρώτημον καὶ ὅψιμον (ὑετόν).

Nota. 1. Neutrum adiectivorum in sing. cum articulo, porro comparativus in sing. et superlativus in plur. saepe adhibentur adverbialiter, e. g. Hebr. 10, 13. τὸ λοιπόν = ceterum, σοφώτερον = sapientius, αἰσχιστα = turpissime.

Nota 2. Adiectivum, ubi complementum est prædicati, adverbiascit (class.) Act. 28, 3. δευτεραῖοι ἡλθομεν = secunda die venimus; Act. 12, 10. αὐτομάτη ἦνοίγη (— χθη EHLP) scil. ἡ πύλη = ultiro aper̄ta est scil. porta, Mar. 4, 28; L. 21, 34.

§ 25. De comparativo.

1. Auctores N. T. interdum partim ex Hebraeorum ratione, partim ex imitatione veterum comparationis notionem per positivum adsumpta particula ἢ vel præpositione παρά cum accusativo exprimunt e. g. Mt. 18, 8. καλόν σοι ἐστίν — ad vitam ingredi debilem vel claudum, ἢ quam duas manus habentem etc. i. e. melius est ad vitam ingredi etc.; L. 18, 14. κατήβη οὗτος δεδικαιωμένος ἢ ἐκεῖνος*) = descendit hic magis iustificatus, quam ille; L. 13, 2. ἀμαρτωλοὶ παρὰ πάντας i. e. maiores peccatores.

*) ita in edit. Tischendorf; in edits. Lach, W.—H., Trégr., Hetzen. iuxta § BL παρὰ ἐκεῖνον.

Illud παρὰ respondet hebr. γέν, quæ præpositio ad exprimendum comparativum adhibetur a scriptoribus V. T. Item positivus addito μᾶλλον in comparativum mutatur e. g. Mr. 9, 42. καλόν ἔστιν αὐτῷ μᾶλλον, εἰ... melius est ei, si...

2. Sæpe s. scriptores comparativo utuntur, rem tamen, quacum aliquid comparatur, modo quia facile a lectore subintelligi posset, modo quia sententia generalis esset, opprimentes e. g. Jo. 13, 27, ποίησον τάχιον = fac citius, quam antea proposuisti; Act. 17, 21. λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον, i. e. ὅτι καινότερόν ἔστι τοῦ νῦν λεγομένου; Act. 18, 26. ἀκοιβέστερον αὐτῷ ἔξερθεντο... accuratius ei quam aliis tradiderunt.

3. Ubi duæ res eiusdem classis, quarum aliam alias possidet, inter se comparantur, etiam brevitatis et elegantiae causa in secundo comate nomen comparatum sæpius omittitur; e. g. Jo. 5, 36. μαρτυρίαν μεῖζω τοῦ Ἰωάννου = τῆς μαρτυρίας τοῦ Ἰωάννου; Mt. 5, 20.

4. Non raro auctores græci comparative loquuntur, ubi quia unum omnia cetera superare dicendum est, superlativum lector exspectat; e N. T. huc pertinent e. g. Mt. 11, 11. ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν = qui minimus est in regno cœlorum; I. C. 13, 13. μεῖζων δὲ τούτων ἡ ἀγαπή... i. e. maximus autem horum est amor; Mt. 13, 32. ὁ μικρότερόν ἔστιν πάντων τῶν σπερμάτων = minimum est omnium seminum.

5. Exempla profanorum auctorum, quæ hic ibi reperiuntur, imitantes s. auctores post comparativum rem cemparatam non ubique in gen. vel in casu iusto cum particula ἢ, sed interdum cum præpositionibus παρὰ, ὑπέρ ponunt (etiam hebr.) e. g. L. 3, 13. μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε = nihil amplius, quam quod constitutum est vobis, facite; L. 16, 8. οἱ νιοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου φρονιμώτεροι ὑπέρ τοὺς υἱοὺς etc. = filii sæculi huius prudentiores sunt, quam filii...

6. Modus, quo unum ab altero superatur, ut in veteribus libris, sic in N. T. in dativo vel accusativo ponitur; e. g. Hebr. 1, 4. ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς ὄνομα = quanto differentius præ illis nomen.... I. Pet. 1, 7. πολὺ (acc.) τιμιώτερον χρυσίου multo pretiosius auro,

Nota. Adverbium πρῶτον et positivus adjectivi πρῶτος, pro comparativo πρότερον et πρότερος sæpe ponitur; e. g. Mt. 5, 24. ὅπαγε πρῶτον = vade prius reconciliari fratri tuo...; Mt. 8, 21. permitte me πρῶτον = prius ire et sepelire patrem meum; Jo. 15, 18. ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν μὲμίσκεν = me prius quam vos odio habuit; Jo. 1, 15, πρῶτος μου ἦν = prior me erat.

§ 26. De superlativo.

In exprimendo summo qualitatis gradu scriptores N. T. Hebræos duplici ratione passim imitati sunt:

a) Reperiuntur enim loci, in quibus positivus, sequente nomine classis (universalitatis), ut partem significans per superlativum intelligendus est e. g. L. 1, 28. ἐυλογησένη σὺ ἐν γυναιξίν = benedicta in mulieribus i. e. maxime benedicta mulier; Mt. 22, 36. ποίᾳ ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ quod est mandatum maximum in lege?

b) In aliis locis nomen geminum legitur, prius partem notans, posterius classem indicans in genitivo; e. g. Hebr. 9, 3. ἄγια ἄγιων = Sancta Sanctorum = sanctum inter sancta i. e. sanctissimum; Apoc. 19, 16. βασιλεὺς βασιλέων, κύριος κυρίων = qui inter reges rex, inter dominos dominus est i. e. summus rex, summus dominus.

Nota. Veteres grammatici, qui superlativum in N. T. ex imitatione hebr. linguæ etiam per nomina Dei et per vocem ἀγγέλλου (e. g. Act. 7, 20. ἀστεῖος τῷ θεῷ = pulcherrimus; L. 1, 15. μέγας ἐνώπιον κυρίου = maximus; I. C. 13, 1. γλῶσσαι ἀγγέλων = linguæ eloquentissimæ) exprimi eiusque periphrasim in oratione allegorica (e. g. Mt. 17, 20. πίστις ὡς κόκκος σινάπεως = minima fides) et in locis maiore verborum copia poëtice auctis (e. g. Hebr. 4, 12. δ λόγος τοῦ θεοῦ τομώ τερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν = sermo Dei quam maxime penetrabilis) invenire crediderunt, certe in gramatica non audiendi sunt; nam quæstio de talibus phrasibus in libello de rhetorica N. T. aut de stylo scriptoris singularis iustum suum locum habet.

Caput III.

§ 27. De numeralibus.

1. Numerum distributivum scriptores N. T.

a) interdum cardinali bifariam posito ad exemplum Hebræorum notant e. g. Mr. 6, 7. δύο δύο ἤρξατο ἀποστέλλειν = binos misit;

b) plerumque ratione græca præpositione ἀνὰ indicant e. g. Mr. 6, 40. ἀνέπεσον ἀνὰ ἐκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα = per centenos et quinquagenos; L. 10, 1. ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο = misit illos binos;

c) sæpe quoque hebraicam et græcam consuetudinem prave miscentes cardinali geminato et præpositione κατά interposita exprimunt e. g. Mr. 14, 19. ἤρξατο λέγειν αὐτῷ εἰς καθ' εῖς = dicebant ei singilatim; Jo. 8, 9. ἐξῆρχοντο εἰς καθ' εῖς = exierunt singilatim.

2. Ubi scriptores N. T. primum hebdomadis diem notant, fere semper e consuetudine paterna cardinale εἰς pro ordinali πρῶτος usurpant e. g. L. 24, 1. τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων primo hebdomadis die. Hoc modo etiam veteres Græci cardinali εἰς utuntur, et Romani pariter mox ordinalia cum cardinalibus permuntant, mox in enumerando iuxta ordinalia cardinale adhibent (e. g. Plato uno et octogesimo anno scribens est mortuus. Cic. de senect.)

Nota 1. Nomen mensuræ et nummi a Græcis et Hebræis post cardinalia sæpiissime supprimitur e. g. Act. 19, 19. εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε (scil. δραχμ.ῶν) = invenerunt quinquaginta millia drachmarum in argento.

Nota 2. Interdum scriptores N. T. numerum — multitudinem, quæe cardinali indicatur, excedentem notant voce ἐπάνω (mehr als, über) Mr. 14, 5. πραθῆναι ἐπάνω τριακοσίων δηναρίων = vendi plus quam trecentis denariis (verba emendi et vendendi cum genitivo); I. C. 15, 6. ὥφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς = apparuit plus quam quingentis fratribus.

Nota 3. Εἰς nonnunquam pro indefinito τις legitur e. g. Mt. 8, 19. προσελθὼν εἷς γραμματεύς = accedens quidam scriba; L. 15, 15. ἐνὶ τῶν πολιτῶν = alicui civi regionis scil. adhæsit.

3. Numerum indefinitum: omnes, alle, N. T. auctores geminando substantivum vel vero illud in masculino et feminino genere ponendo indicant: § 7 et § 9. c δ.

Permagnam multitudinem, quam Græci τῷ „έκατόν“, Latini τῷ „sexcenti“ indicabant, nostri scriptores more hebr. numero septem et septuaginta notant; e. g. Mt. 12, 45. παραλαβάνει ἑπτὰ ἔτερα πνεύματα i. e. assumit plures alios spiritus; Mt. 18, 22. ἕως ἑπτάκις — ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά = septies, usque septuages septies i. e. quam sæpiissime, quoties toties.

Caput IV. De pronominibus.

§ 28. De pronominibus personalibus.

Pronomen personale, si subiectum enuntiationis est, omittitur, nisi emphasis aut oppositio illud exprimi poscat; tertiae personæ signandæ inservit αὐτός: Jo. 4, 10. σὺ ἢν ἥτησας αὐτοῦ tu forsitan petisses ab eo . . .; Jo. 5, 38. δν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τούτῳ οὐ πιστεύετε = quem misit ille, huic vos non creditis (ἐκεῖνος et οὐμεῖς oppos.); L. 2, 28, καὶ αὐτὸς (Simeon) ἐδέξατο αὐτὸν εἰς τὰς ἀγκάλας = et is accepit eum in ulnas; L. 24, 21. ἡλπίζομεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραὴλ . . . = sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel.

Notæ de usu pronominum personalium in N. T.

1. Pronominum personalium genitivus sæpiissime (impr. in Lucæ et Pauli scriptis) substantivo regenti præponitur et quidem

a) non solum in iis locis, ubi majore momento gaudet e. g. Mt. 6, 4. σοῦ ἡ ἐλεημοσύνη = tua eleemosyna; L. 2, 35. καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ρομφαία = tuam vero ipsius animam

pertransibit gladius; Rom. 14, 16. μὴ οὖν βλασφημεῖσθω ὑμῶν τὸ ἀγαθόν = ne blasphemetur itaque vestrum bonum,

b) sed etiam in iis locis, ubi pronomen singulari pondere significationis caret e. g. Mt. 5, 16. — ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα — opera vestra bona — Jo. 11, 48. ἡμῶν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος = nostrum et locum et gentem; Rom. 11, 14. μοῦ τὴν σάρκα = meam carnem.

2. Similiter a consuetudine veterum abeunt s. scriptores pronominis personalis nominativum verbo, cui orationis augendæ causa adiungendus est, postponentes e. g. Jo. 7, 34. ὅπου εἰμὶ ἐγώ; Rom. 15, 1. ἀφείλομεν δὲ ἡμεῖς = debemus autem nos.....

3. Ex ingenio et usu Hebræorum explicandum est, quod N. T. scriptores loco pronomini personalium sæpius nomen hominis ipsum, vel dignitatis munericve usurpant. Huc ante omnia pertinet phrasis υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, quæ in orationibus Jesu sæpius pro simplici pronomine primæ personæ legitur. Item τὸν υἱὸν scl. θεοῦ pro ἐμέ; ὅτι Χριστοῦ ἔστε pro ἐμοῦ ἔστε (Mt. 10, 23. Mr. 9, 41. L. 9, 26. 12, 8. Jo. 6, 40.) Sæpe etiam, ut sententiam augeant, nomen, quod modo adfuerat, pro tertiac personæ pronomine repetunt, vel plane abundans verbo finito tertiac personæ addunt. e. g. Jo. 10, 41. ὅτι Ἰωάννης μὲν — ἐποίησεν οὐ δέν, πάντα δὲ ὅσα εἶπεν Ἰωάννης; Jo. 11, 22. ὅσα ἀν αἰτήσῃ τὸν θεόν, δώσει αὐτῷ δ θεός. Item nonnunquam ad unum quodque verbum, si in eadem oratione plura invicem coniunguntur, pronomen personale seorsim additur; e. g. Act. 22, 17. ἐγένετό μοι ὑποστρέψαντι — προευχομένου μου ἐν τῷ ἱερῷ, γενέσθαι με ἐκστάσει = factum est mihi revertenti et oranti i. e. — cum in templo preces facerem, extra me raptus sum; Act. 7, 21. ἐκ τεθέντος δὲ αὐτοῦ ἀνείλατο αὐτόν — καὶ ἐξεθρέψατο αὐτόν = cum autem expositus esset, sustulit eum et nutrivit i. e. eum pro filio suo educandum curavit; Mt. 6, 3. Mt. 8, 1.

4. Alacriori mentis impetu abrepti structuram verborum minus observantes rectam orationis viam scriptores N. T. interdum relinquunt et cum aliquem in secunda persona allocuti sint,

justo citius ad usum tertiae transeunt, e. g. Mt. 23, 37. Ἱερουσαλήμ, Ἱερουσαλήμ, ή ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν, ποσάκις... J. J., quæ occidis prophetas et lapidas eos, qui ad te missi sunt; L. 1, 45. μακαρία ή πιστεύσασα, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαημένοις αὐτῇ (pro σοί) = beata, quæ credidisti, quoniam perficientur, quæ dicta sunt tibi.

Hæc loquendi ratio non tantum Hebræis sed et Romanis haud insolita fuit.

5. Constructio ad sensum: α) in genere; Mt. 28, 19. ἔθνη — αὐτούς; Gal. 4, 19. τεκνία — οὗς; Col. 2, 19. κεφαλή — οὗ. β) in numero: Mt. 1, 21. λαόν — αὐτῶν; Phil. 2, 15. γενεά — οῖς; III. Jo. 9. ἐκκλησία — αὐτῶν.

6. Interdum, quod præter veteres Græcos etiam Romani aliæque gentes faciunt, pluralis ήμεῖς pro ἐγώ sacri scriptores ponunt, etsi causæ, e quibus hæc enallage originem duxit, non adsint; e. g. Rom. 3, 8. ἡμᾶς λέγειν = nos (me) dicere; Jo. 3, 11. τὴν μαρτυρίαν ήμῶν οὐ λαμβάνετε = testimonium nostrum (pro meum — loquitur Christus) non accipitis; I. C. 11, 21.

§ 29. De pronomine reflexivo ἑαυτοῦ (contr. αὐτοῦ).

Hoc pronomen ad omnes fere personas in sing. et plur. adhiberi solet, e. g.

a) cum 2. persona sing.: Jo. 18, 34. ἀφ' ἑαυτοῦ σὺ τοῦτο λέγεις = a te ipso tu hoc dicis? Rom. 13, 9.

b) cum 3. pers. sing.: Mt. 23, 12. ὅστις ὑψώσει ἑαυτόν = quicunque exaltaverit se ipsum...

c) cum 1. pers. plur.: Rom. 8, 23. ήμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν = nos ipsi intra nos ipsos gemimus...

d) cum 2. pers. plur.: Mat. 3, 9. μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς = nolite dicere apud vós ipsos; Phil. 2, 12.

e) cum 3. pers. plur.: Mr. 2, 8. ὅτι οὕτω διαλογίζονται ἐν ἑαυτοῖς = quia sic cogitant apud se ipsos.

Nota 1. Interdum quoque s. auctores ἔαυτοῦ sensu recipi proco (in vicem) loco pronominis ἀλλήλων utuntur e. g. I. C. 6, 7. ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἔαυτῶν; Thess. 5, 13.; Jud. 20, ἐποικοδομοῦντες ἔαυτούς.

Nota 2. Sæpe etiam pronomina personalia pro reflexivo leguntur e. g. Mt. 6, 19. Θησαυρίζετε ὑμῖν θεσαυρούς... Mt. 18, 8. βάλε ἀπὸ σου... Mt. 17, 27. δὸς ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σου...

§ 30. De pronominibus possessivis.

Notio possessionis vel a) pronominibus ἐμός, σός, ἡμέτερος, ὑμέτερος vel b) genitivo pronominum personalium exprimitur; hæc constructio in N. T. sæpius occurrit. Pronomina possessiva non raro obiective intelligenda sunt, quæ ratio neque veteribus Græcis insolita neque Romanis scriptoribus incognita erat; e. g. L. 22, 19. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν = hoc facite in commemorationem mei; I. C. 15, 31. καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν = quotidie morior ob gloriam vestri; Rom. 11, 31. οὗτοι νῦν ἡπείθησαν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει = isti nunc non crediderunt, ut per misericordiam vestram (i. e. exemplo misericordiæ div. vobis impensæ moti) credant et misericordiam consequantur.

Pronomen possessivum ut prædicatum legitur: Mt. 20, 23. οὐκ ἔστιν ἐμὸν τοῦτο δοῦναι i. e. non est in mea potestate dare vobis.

"Ιδιος (= ἔαυτοῦ) etiam in N. T. significatione possessiva occurrit; e. g. Jo. 1, 11. εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν = in propria (i. e. ad suos scil. Judæos) venit.

§ 31. De pronominibus demonstrativis.

Pronomina demonstrativa, quæ sæpissime in N. T. occurunt, sunt hæc: οὗτος, ἐκεῖνος, αὐτός, rarius ὅδε.

1. Pronomen οὗτος = hic demonstrat obiectum præsens, notissimum, in oratione proxime nominatum; e. g. Mt. 3, 17. οὗτος ἔστιν ὁ υἱός μου = hic est filius meus; Mt. 3, 3. οὗτος γάρ

ἔστιν δὲ ἥθείς = hic est enim, de quo dictum est per prophetam; Act. 1, 18. οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο = et hic quidem possedit.

Nota. Interdum pronomen οὗτος non ad proximum substantivum, sed ad nomen illud, quod universæ orationis primarium est, refertur e. g. Act. 4, 10. ἐν τούτῳ (οὗτος παρέστηκεν . . . θυγῆς) ad Χριστοῦ et non ad Θεός, quæ vox proxima est, pertinet; Act. 7, 18. 19. ἀνέστη βασιλεὺς ἔτερος, ὃς οὐκ ἦδει τὸν Ἰωσήφ οὗτος . . . ἐκάκωσε . . . οὗτος non pertinet ad Ιωσήφ, sed ad βασιλεύς in versu 18.

2. Nonnunquam pronomen demonstrativum legitur, ubi relativum exspectaveris e. g. Act. 10, 36; 2, 36. ἦν Ἀννα προφῆτις . . . αὕτη (pro ᾧ, quæ processerat in diebus multis); L. 7, 12. οὗτος μονογενὴς τῇ μητρὶ, καὶ αὕτη (pro ᾧ) ἦν χήρα . . . filius unigenitus matris, quæ vidua erat. Act. 10, 36. εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ οὗτός (pro ὃς) ἔστιν πάντων κύριος annuntians pacem per Jesum Christum, qui est omnium Dominus.

3. Ut sententia crescat eiusque pondus magis aestimetur, demonstrativum (proprie loco subiecti præcedentis) pleonastice verbo finito præponitur. Hic loquendi usus antiquis Græcis tum maxime, quum verbum a subiecto intermedia enuntiatione disiungeretur, frequens fuit e. g. Mt. 24, 13. ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος, οὗτος σωθήσεται = qui perseveraverit usque ad finem, (hic) salvus erit; Mr. 7, 15. τὰ ἐκπορεύομενα (ἐκ) ἀπ' αὐτοῦ, ἐκεῖνά ἔστ τὰ κοινοῦγια = quæ procedunt ex eo, (illa) sunt, quæ coinquant.

Nota 1. Ex usu Hebræorum ante relativum vox ἀνήρ pro demonstrativo legitur e. g. Rom. 4, 8. μακάριος ἀνήρ = μακάριος οὗτος = beatus is, ὃ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἀμαρτίαν = cui non imputat Dominus peccatum; Jac. 1, 12. μακάριος ἀνήρ = οὗτος, ὃς ὑπομένει = qui sustinet.

Nota 2. Οὗτος et ἐκεῖνος nonnunquam contemptum spirant e. g. Jo. 6, 52. πῶς δύναται οὗτος ἡμῖν δοῦναι τὴν σάρκα αὐτοῦ φαγεῖν; = quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?; 7, 15. πῶς οὗτος γράμματα οἶδε = quomodo hic litteras scit?; 7, 11. ποῦ ἔστιν ἐκεῖνος = ubi est ille? (seductor).

Ἐκεῖνος (ille) demonstrat obiectum absens, remotum, in oratione iam prius nominatum e. g. Mt. 7, 22. πολλοὶ ἐροῦσίν μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ = multi dicent mihi in die novissima = iudicii; II. Thess. 1, 10.; Mt. 7, 25. τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, de qua v. 24.

Nota. Solemnis est scriptoribus rerum Christi formula: ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις de tempore, quod accuratius aut nesciunt definire, aut nolunt, quod tamen coniungi volunt cum rerum modo narratarum tempore: Mt. 3, 1. ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις = in diebus autem illis; Mr. 1, 9. 8, 1. L. 2, 1.

Οὗτος et ἐκεῖνος præmonstrant interdum sententiam immediate sequentem e. g. Mt. 24, 43. ἐκεῖνο δὲ γιγνώσκετε, δτι, εἰ ἦδει — illud autem scitote, si sciret scil. pater familias; L. 1, 43. πόθεν μοι τοῦτο, οὐα ἔλθη ἢ μήτηρ = unde hoc mihi, ut veniat mater; I. Pet. 2, 19. τοῦτο γάρ χάρις, εἰ διὰ συνείδησιν.... hæc est autem gratia, si propter conscientiam; L. 12, 18. τοῦτο ποιήσω — καθελῶ . hoc faciam: destruam; Hebr. 9, 8. — τοῦτο δηλοῦντος τοῦ πνεύματος μὴπω πεφανερῶσθαι hoc significante Sp. s.... nondum prolatam esse scil. viam; Mr. 12, 24. οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφάς = nonne ideo erratis nescientes scripturas? II. C. 13, 9. τοῦτο καὶ εὐχόμεθα, τὴν ύμῶν κατάρτισιν = hoc et oramus vestram (nempe) consummationem (i. e. vestram perfectionem a Deo petimus).

Nota. Pron. ἐκεῖνος nonnumquam solummodo notionem indefiniti pronominis is, iste habet, e. g. Jo. 14, 21. ὁ ἔχων τὰς ἐντολὰς μου, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με ... qui habet mandata mea ... is est, qui diligit me; Jo. 10, 6. ταύτην τὴν παροιμίαν εἶπεν ἐκεῖνοι δὲ ... hanc parabolam dixit ... ipsi (vel isti) autem ...

Αὐτός (ipse).

1. Pronomen αὐτός, ubi cum molestia lectoris iteraretur, ad illustrandum autem orationis sensum non necessarium erat, prope verba sæpius omittitur. Mt. 21, 7. ἐπεκάθισεν ἐπάνω αὐτῶν scilt. αὐτόν i. e. Jesum; Act. 13, 3. ἀπέλυσαν dimiserunt scilt. αὐτούς = Barnabam et Saulum, Ephes. 5, 11. ἐλέγχετε = redarguite (scilt. αὐτά = opera infructuosa).

2. E contrario αὐτός sæpissime, quum verbum a nomine regente tota periodo vel pluribus vocibus interpositis disjunctum

est, pleonastice, ne sensus obscuretur, iteratur, idque potissimum in fine earum sententiarum, quæ cum relativo ὃς ineunt, repetitur e. g. Mr. 5, 2. ἐξελθόντι αὐτῷ ἐκ τοῦ πλοίου εὔθέως ἀπήντησεν αὐτῷ ἀνθρωπος = exeunti (ei) e navi statim occurrit homo . . . , Jo. 15, 2. πᾶν κλῆμα — μὴ φέρον καρπόν, αἵρεις αὐτό = omnem palmitem non ferentem fructum tollet. Act. 15, 17. Ὁπως ἀν ἐκέντησωσιν . . . τὸν κύριον καὶ πάντα τὰ ἔθνη, ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτούς.

3. Per negligentiam, etiam profanis scriptoribus et hebræis communem pronomen αὐτός interdum ponitur, quamquam nomen, ad quod refertur non præcessit, hoc autem in talibus locis intelligi potest aut:

a) e substantivo collectivo, sub quo latet; e. g. Lc. 4, 14. 15. ὑπέστρεψεν δὲ Ἰησοῦς εἰς τὴν Γαλιλαίαν — καὶ ἐδίδασκεν ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν i. e. incolarum Galileæ; Act, 8, 5.

b) aut e voce, quæ notionem affinem continet e, g. Jo. 9, 22. ἐάν τις αὐτὸν δμολογήσῃ Χριστόν . . . αὐτόν refertur ad Ἰησοῦν patet ex additamento Χριστόν;

c) aut ex orationis serie, in qua multa supprimuntur, quæ lectori nota esse, jure sumuntur e. g. Jo. 20, 15. κύριε, εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτὸν, εἰπέ μοι, ποῦ ἔθηκας αὐτὸν = (Jesum), Domine, si tu abstulisti eum, dic mihi, ubi posuisti eum; Mt. 11, 1. μετέβη — — ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν i. e. Galilæorum — nam ibi morabatur Jesus.

Nota. Pro relativo ὃς in N. T. interdum legitur καὶ αὐτός. e. g. I. C. 8, 6. Θεὸς ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν pro καὶ εἰς δν ἡμεῖς . . . Deus, ex quo omnia et in quo nos; Jo. 15, 5. δὲ μένων ἐμοὶ, κάγὼ ἐν αὐτῷ pro: καὶ ἐν ᾧ ἐγώ = qui manet in me, et in quo ego.

4. ὁ αὐτός significatione „idem“, e regula construitur cum dativo rei comparatæ, ut e. g. I. C. 11, 5. ἐν γάρ ἐστι καὶ τὸ αὐτὸ τῇ ἐξυρημένῃ = unum enim et idemque ac si rasa esset i. e. æqualis (similis) mulieri de honestatæ. Ast I. Petri 5, 9., ubi legimus: εἰδότες τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι = scientes, easdem passiones fraternitati fieri, — pro-

nomen αὐτός hoc sensu cum genitivo construitur ea ratione, qua adiectiva et pronomina sæpius cum genitivo nominis sui leguntur.

5. Denique αὐτός passim, ut in veterum libris, ita in N. T. significat „sua sponte“ e. g. Jo. 16, 27. αὐτὸς γὰρ ὁ πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς = ipse enim Pater amat vos, quoniam quod aliquis ipse fecit, propria sua voluntate ductus fecisse credendus est. Eandem potestatem (*selbst*) habet, cum primæ pluralis personæ adiungitur, cui alias pronomen οἵμεῖς aptius ad sententiam augendam additur; e. g. Lc. 11, 4.: καὶ γὰρ αὐτοὶ = ipsi — ἀφίεμεν πάντι τῷ ὀφείλοντι οἵμιν = remittimus cuique debitori nostro; in loco parallelo apud Mt. 6, 12. legitur: ὡς καὶ οἵμεῖς ἀφίεμεν.

§ 32. De pronominibus relativis.

1. Relativa ὅς ὅστις in N. T. eadem significatione, nempe: ὅς = qui (de obiecto certo), ὅστις = quicunque (indefinite) leguntur sicut in scriptis veterum Græcorum; sæpe tamen s. auctores de hoc regulari usu abeunt, ponentes ὅς pro ὅστις et vice versa; e. g. Lc. 2, 4. Act. 8, 15.; 12, 10.

2. Pronomen relativum, ubi propter verbum activum in accusativo ponendum erat, Scriptores s. ut profani sæpissime in casu nominis præcedentis addunt; quam construendi rationem grammatici attractionem vocant, e. g. Mr. 7, 13. Ἀκυροῦντες τὸν λόγον θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν (per traditionem vestram) ἣ παρεδόκατε = quam tradidistis. Lc. 2, 20. Reversi sunt pastores glorificantes et laudantes Deum ἐπὶ πᾶσιν in omnibus, οἵς ἤκουσαν = quæ audierant. Jo. 2, 22. καὶ ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ, ᾧ εἶπεν. Act. 3, 25. Vos estis filii prophetarum et τῆς διαθήκης, ἣς διέθετο ὁ θεός = testamenti, quod disposuit Deus.

3. Si enuntiatio, quæ relativo inducitur, sententiam primariam continet, hoc interdum præcedit subiecto periodi. Tunc (per inversam quasi attractionem) substantivum, ad quod præcedens relatum refertur, in eius casu ponitur a Græcis. Exempla in N. T. leguntur hæc: Mr. 6, 16. ὁν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, αὐτὸς ἐγέρθη ἐκ νεκρῶν = Joannes, quem ego decollavi, surrexit

a mortuis. Act. 21, 16. ἀγόντες παρ' αὐτῷ ξενισθῶμεν Μνάσωνί τινι Κυπρίῳ ducentes (nos) ad Mnasonem quendam Cyprium, apud quem hospitaremur = cuius hospitio uteremur. Rom. 6, 17. οbedistis ex corde εἰς δὲ παρεδόθητε τύπον διδαχῆς = τῷ τύπῳ, εἰς δὲ . . . in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis.

Nota. Interdum et subiectum periodi, quod relativo præcedit, ex assimilatione in casu quarto relativi ponitur. Mt. 21, 42. λίθον, δὲ ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη lapis, quem reprobarunt ædificantes, hic factus est . . ., I. C. 10, 16, τὸν ἄρτον, δὲ κλῶμεν, οὐχὶ κοινωνίᾳ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν; panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Christi est?

4. Relativo neutro interdum ut in veterum scriptis, ita in N. T. tota aliqua sententia inducitur. Eodem modo Romani „quod“ sæpius significatione „quod attinet ad id, quod“ adhibent. Exempla: Rom. 6, 10. ὃ δὲ ζῆ, ξῆ τῷ θεῷ quod attinet ad id, quod vivit, id vivit Deo. Gal. 2, 20. ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκὶ, ἐν πίστει ζῶ = quod autem attinet ad id, quod nunc vivo in carne, in fide vivo.*)

Relativum, quo secundaria sententia inducitur, interdum per convenientem coniunctionem resolvendum est. e. g. I. C. 2, 16. Τίς ἔγνω νοῦν κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτὸν — quis cognovit sensum Domini, (ita) ut instruat eum (instruere eum possit)?

5. Scribendi rationem hebraicam secuti sunt N. T. auctores, ubi relativum suppresserunt, itemque ubi illi in fine periodi personæ notam pleonastice addiderunt e. g. I. Jo. 3, 2. Diligamus invicem, non sicut Kain ἐκ τοῦ πονηροῦ ἦν i. e. ὃς qui ex mal ligno erat; Mr. 7, 25. γυνὴ ἦς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς πνεῦμα ἀκάθαρτον = mulier, cuius filia habebat spiritum immundum.

Nota 1. Casus obliqui pronominis relativi cum præpositiōnibus sæpiissime naturam coniunctionum et adverbiorum induunt e. g. Lc. 1, 20. ἀνθ' ὅν = quare, quia; Lc. 7, 45. ἀφ' ἦς = ex quo; Mt. 1, 25. ἕως οὗ = usque dum.

*) Moderni relativum velut obiectum a verbo ζῆν dependere admittunt (βίον ζῆν vitam vivere) et vertunt: quam autem nunc vitam vivo in carne, eam in fide vivo filii Dei.

Nota 2. Transpositio relativi invenitur: Act. 1, 2. ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστολοῖς διὰ πνεῦματος ἁγίου, οὓς ἔξελέξατο; proprio: ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστολοῖς, οὓς ἔξελέξατο, διὰ πνεύματος ἁγίου = mandata dans apostolis, quos elegit, ob Spiritum sanctum...
6. Paucis locis pronomen relativum in interrogationibus indirectionis reperitur e. g. I. Tim. 1, 7. μὴ νοοῦντες μήτε ἀλέγοντες, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται = non intelligentes, neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant (propter τίνων etiam ἀ interrogative legendum est) I. Thess. 1, 5. οἴδατε οἵοι εἰγενήθημεν; Lc. 9, 55. οὐκ οἴδατε, οἷοι πνεύματός ἐστε.

Qui relativum etiam in directis interrogationibus invenisse putant, adducunt exempla: Mr. 9, 11. ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες· ὅτι (οὗ, τι) λέγοντες οἱ γραμματεῖς, ὅτι... Mr. 9, 28. ἐπηρώτων αὐτόν· ὅτι (οὗ, τι) ήμενις οὐκ ἡδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; alii autem negant, quibus ὅτι abbreviatum e τι ὅ, τι „cur“ esse videtur.

§ 33. De pronominibus interrogativis.

Interrogativum τίς (cum accentu acuto) non solum in directis sed etiam in indirectis interrogationibus reperitur; nonnumquam etiam τίς lequitur, ubi, quoniam de duobus sermo est, proprio πότερος (uter) scribendum erat; e. g. Mt. 15. 32. οὐκ ἔχουσιν, τι φάγωσιν (δ φάγωσιν) = non habent, quod manducent; Lc. 7, 42. τίς οὖν αὐτῶν (ἀμφοτέρων) πλειον αὐτόν ἀγαπήσει, uter ergo (amborum) plus eum amabit?

Neutro τί Novi Testamenti scriptores saepius potestate adverbii πῶς „quomodo“ utuntur e consuetudine etiam profanis scriptoribus frequenti. (Hebr. Τί quid?) Mt. 7, 3. τί βλέπεις τὸ κάρφος = quomodo vides . . i. e. qua fronte . . . , etc. . . ; versu sequenti jam legitur πῶς. Lc. 22, 46. τί καθεύδετε quomodo potestis dormire?

Neutrūm τί, ubi prædicatum est varia significatione positum invenitur, prout nempe de notione, fine, accuratiore determinatione subiecti quæritur e. g. Jo. 18, 38. τί ἐστιν ἀλήθεια; τί οὖν δ νόμος; = quid est veritas? quid igitur lex (= ad quid ergo

lex?) Gal. 3, 19.; Act. 12, 18. τί ἄρα δὲ Πέτρος ἐγένετο; quid cum Petro factum est? Jo. 21, 21. οὗτος δὲ τί; quid cum hoc (scilicet fiet)? ad subiectum ταῦτα: Lc. 15, 26. τί ἀνεῖν ταῦτα; = quid hæc essent. Jo. 6, 9. ταῦτα τί ἔστιν εἰς τοσούτους, = hæc quid sunt inter tantos?

Elliptica interrogatio ἵνα τί (ινατί scilicet γένηται) notat vel: „ad quid“ e. g. Lc. 13, 7. ινατί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ = ad quid etiam terram occupat? vel „qua de causa“ Mt. 9, 4. Ινατί υμεῖς ἐνθυμεῖσθε πονηρὰ ἐν ταῖς καρδίαις υμῶν; ut quid (qua de causa) cogitatis... Lc. 16, 2. τί τοῦτο ἀκούω περὶ σοῦ = τί ἔστιν τοῦτο, οὐ ἀκούω περὶ σοῦ = quid est hoc, quod audio de te? Jo. 14, 22. τί γέγονεν, ὅτι (= διὸ οὐ, τι) ήμῶν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτόν;

Nota. Significatione interrogativi τίς aliquoties occurrit ποῖος e. g. Mt. 22, 36. ποίᾳ ἐντολῇ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ; Lc. 12, 39. ποίᾳ ἄρα.

§ 34. De pronominibus indefinitis.

1. Τίς, ubi prædicatum est, frequenter personæ vel rei, de qua sermo est, auctoritatem auget; e. g. Act. 5, 36. Θευδᾶς λέγων, εἶναι τινα ἑαυτὸν i. e. esse magni nominis virum. Gal. 2, 6. Ab iis autem, qui videbantur εἶναι τι i. e. auctoritate quadam insignes esse.

Eandem hoc nomen potestatem habet, ubi ad adiectivum additur, (contra consuetudinem Græcorum, qui adposito τίς notionem adiectivi saepius etiam augustioribus finibus circumscrivebant et minuebant) e. g. Act. 8, 9. Simon magus dixit εἶναι τινα ἑαυτὸν μέγαν = se esse magnum virum, Dei legatum. Hebr. 10, 27, φοβερὰ δέ τις ἐκδοχὴ κρίσεως = terribilis utique exspectatio judicii.

2. Cum τίς propriè unum modo e multitidine, parvam igitur totius generis partem notat, factum est, ut etiam minueret sententiam, quamobrem: a) substantiorum, quibus additur, notionem interdum extenuat e. g. Jac. 1, 18. ἀπαρχὴ τίς = pri-

mitiæ quasi; b) numeralia ad incertam multitudinem reducit, e. g. Act. 23, 23. δύο τινάς = circiter duo; Act. 19, 14. ἦσαν δέ τινες υἱοὶ Σκευᾶ ἐπτά erant circiter septem filii Scevae.

3. Ante genitivum partitivum, sive solus legatur, sive præpositionem adiunctam habeat, τις non rarum omissum est, e. g. Lc. 21, 16. Θανατώσουσιν ἐξ ὑμῶν scil. τινας = quosdam ex vobis morte afficient Jo. 16, 17. εἰπον (scil. τινες) ἐκ τῶν μαθητῶν dixerunt nonnulli ex discipulis ... Act. 21, 6. συνῆλθον δὲ καὶ (scil. τινες) τῶν μαθητῶν = venerunt autem et quidam ex discipulis.

Nota 1. Pro τις significatione „aliquis“ in N. T. frequentissime cardinale εἰς legitur; Mt. 8, 19. καὶ προσελθὼν εἰς i. e. aliquis γραμματεὺς accedens; Mt. 16, 14. ἔνα i. e. aliquem τῶν προφητῶν; interdum τις ad εἰς addunt Mr. 14, 51. εἰς τις νεανίσκος = quidam juvenis; Lc. 22, 50. εἰς τις ἐξ αὐτῶν = quidam ex iis.

Nota 2. Pronomen ἕκαστος auctores N. T. interdum voce ἄνθρωπος indicant; in sermone germ. per impersonale „man“ optime redditur I. C. 4, 1. οὗτος ἡμᾶς λογιζέσθω = sic nos existimet quisque so soll man uns betrachten; I. C. 11, 28. θοκιμαζέτω ἄνθρωπος ἔχετόν probet seipsum quisque: man prüfe sich selbst.

Nota 3. Ad notionem οὐδείς (nemo, nullus) indicandam N. T. scriptores non raro adiectivo universalitatis πᾶς utuntur, negandi particulam verbo addentes eaque totam sententiam negantes; e. g. Rom. 3, 20. ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ = ex operibus legis nemo iustificabitur. Ephes. 5, 5. πᾶς πόρος οὐκ ἔχει κληρονομίαν = nullus scortator habet hæreditatem.

Gravior negatio exprimitur per εἰς, ἐν οὐ e. g. Mt. 10, 29. ἐν ἐξ ἀυτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν auch nur einer von ihnen wird nicht zur Erde fallen; item per οὐδὲ εἰς Act. 4, 32. οὐδὲ εἰς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἐλεγεν ίδιον εἶναι nec ullus bonorum quidquam suum esse dicebat. Mt. 27, 14. Jo. 1, 3.; Rom. 3, 10.

Ubi οὐ πᾶς coniunctim legitur, hoc potestatem suam servavit atque sententia totius loci negatur (non omnis, non omnes.) Mt. 7, 21. οὐ πᾶς δ λέγων non quisque dicens; Mt. 19, 11. οὐ πάντες χωροῦσιν τὸν λόγον τοῦτον = non omnes capiunt verbum istud.

Nota 4. In notanda sententia: alter, alter, N. T. auctores non solum e consuetudine veterum δ μὲν, δ δὲ usurpant (e. g. Mt. 13, 3. 20, 5.) sed etiam:

- a) εῖς καὶ εῖς (Mt. 20, 21. Mr. 4, 8, 20.)
- b) εῖς — ἔτερος (Mt. 6, 24.; Lc. 7, 41.)
- c) δις μὲν — δις δὲ (Mt. 21, 35; Rom. 14, 5.)
- d) τινὲς μὲν — τινὲς δὲ (Phil. 1, 15.)

Ubi de pluribus quam de duabus partibus est sermo:

δ μὲν — ἄλλος δὲ — ἔτερος δὲ — ἄλλος δὲ (I. C. 12, 8.)

Ubi relatio reciproca obtinet:

- a) εῖς τὸν ἕνα alter alterum (I. Thess. 5, 11.)
- b) δ ἔκαστος τῷ πλησίον alter alteri (Rom. 15, 2.)
- c) ἄλλος πρὸς ἄλλον alter ad alterum (Act. 2, 12.)

Ceterum notandum, neque probatos scriptores strenue ubique phrasin δ μὲν, δ δὲ tenuisse, sed saepius pro uno eorum aliam vocem εῖς, ἄλλος, τίς posuisse.

§ 35. De articulo.

1. Articulus cum individualis tum genericus in N. T. recte dignoscitur; individualis præponi solet substantivis, quibus una rerum personarum certe notatur; e. g. Mt. 2, 11. ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν . . . de certa οἰκίᾳ in præcedentibus sermo fuit v. 9. Jo. 6, 10. ἐν τῷ τόπῳ in loco, ubi nempe Christus stetit cum discipulis suis; — Mt. 24, 1. — τὰς οἰκοδομάς — quas nempe discipuli Christo ostendebant. I. C. 5, 9. ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ scripsi vobis in epistola (prima ad Cor., quam autem non possidemus.) δ προφήτης — quod vocabulum cum articulo legitur, ubi illum vatem, qui a Judæis Messiam antecedere credebatur, (scil. Jeremiam) Jo. 1, 21. 25. vel Jesum καὶ ἐξοχὴν notat Jo. 6, 14. — δ ἐρχόμενος i. e. venturus = Messias. Item cum articulo individuali occurunt nomina: δ νόμος, ἡ γράφη, ἡ κρίσις, τό εὐαγγέλιον et a. Articulus genericus præponitur nominibus appellativis universum genus utpote totum aliquid indicantibus; e. g. Mt. 24, 28. οἱ ἀετοὶ aquilæ (das Adlervölf), L. 9, 58. αἱ ἀλώπεκες

vulpes (*das Fuchsgeschlecht*), Mt. 12, 35. ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος bonus homo, utpote unus universam classem bonorum hominum repræsentans.

Nomina appellativa personarum aut rerum, quarum unum exemplar reperitur aut vulgaliter cogitatur, in N. T. modo cum articulo modo sine articulo leguntur; e. g. L. 21, 25. ἔσονται σημεῖα ἐν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἀστροῖς. Act. 27, 20. μῆτε δὲ ἡλίου μῆτε ἀστρῶν ἐπιφαινόντων, cum articulo Mt. 5, 45. — L. 16, 17. — Rom. 15. 5. I. Tim. 3, 6. Jac. 3, 6. Si autem proprietas eorum cogitatur, articulo carent. I. C. 15, 41. ἄλλη μέν (σάρξ) ἀνθρώπων, ἄλλη δὲ κτηνῶν jiné je tělo člověčí, jiné hovadí, (Suš.) Mt. 21, 25. τὸ βάπτισμα Ἰωάννου ἐξ οὐράνου ἢ ἐξ ἀνθρώπων i. e. cuius originis... coelestis an humanæ.

Substantivis, quibus persona vel res tamquam certa non notatur, et quibus non universum genus, sed aliqua pars tantum indicatur, articulus non præponitur.

In specie articulo carent:

a) Nomina propria.

α) personarum; si autem persona in præcedentibus nominata est, articulum præpositum habent; e. g. Act. 9. 1. ὁ δὲ Σαῦλος... relate ad 8, 1. 3.

Nomen Ἰησοῦς in evangeliis sæpiissime cum articulo coniungitur, nisi attributo vel appositione ornatum est; e. g. Mt. 26, 69. μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Γαλιλαίου (Ναζωραίου). 27, 17. 22. Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν. L. 2, 43. Ἰησοῦς ὁ παῖς — τό παιδίον Ἰησοῦν. Act. 1, 14. Μαρία τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ. — Χριστός utpote appellativum = Messias in evangeliis et Actibus plerumque cum articulo. Articulus nominibus propriis indeclinabilibus præpositus casum indicat; e. g. Mt. 22, 42. λέγουσι αὐτῷ Τοῦ Δαυΐδ (Davidis scil. filius) Mr. 15. 45. Rom. 11, 25. — ὅτι πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν — Act. 7, 8. L. 2, 16. Mt. 1, 2.

β) urbium et regionum. Act. 16, 8. κατέβησαν εἰς Τρωάδα· 20, 14. — ἥλιθομεν εἰς Μιτυλήνην.

Nom. Ἱερουσαλήμ ve Ἱεροσόλυμα fere semper sine articulo; uonnumquam nomina urbium articulum habent, si earum mentio

iam facta est vel si terminum peregrinationis indicant: Act. 28, 14. καὶ οὗτως εἰς τὴν Ρώμην ἤλθομεν, in versu 16. idem nomen iam sine articulo legitur.

Nomina regionum utpote adiectiva, ad quae substantiva χώρα vel γῆ supplenda sunt, articulum habent.

ἡ Ἰουδαία (hebr. γῆ Ἰούδα Mt. 2, 6.), ἡ Μεσοποταμία, ἡ Γαλιλαία, ἡ Συρία, ἡ Κιλικία et al; sæpe tamen sine articulo leguntur. — Αἴγυπτος ubique sine articulo.

γ) Nomina fluminum, montium et marium cum articulo occurunt (class.) ὁ Ἰορδάνης πόταμος Mr. 1, 5. ὁ Ἀδρίας Act. 27, 27. — Nomina populorum in libris veterum Græcorum sine articulo reperiuntur, etiam s. Paulus in epistolis et sermonibus (in Act.) nominibus e. g. Ἰουδαῖοι, "Ἐλληνες articulum non præponit; utique legitur I. C. 9, 20. ἐγενόμην τοῖς (arct. individ.) Ἰουδαίοις ως Ἰουδαῖος factus sum Judæis (i. e. iis, cum quibus mihi commercium erat vel quibus evangelium prædicabam) ut Judæus. In evangeliis autem et in Actibus nomen Ἰουδαῖοι fere semper cum articulo occurrit.

b) Articulo carent nomina, quæ cum præpositionibus adverbialiter ponuntur (class.) ad significandum:

α) locum; e. g. ἐπὶ γῆς L. 2, 14. εἰς ἄδην Act. 2, 27. παρὰ Θάλασσαν 10, 6. ἀπ' ἀγορᾶς Mr. 7, 4. κατ' ὀφθαλμούς G. 3. 1. εἰς μέσον Mr. 14. 60. ἀπ' ἀνατολῆς et al.

β) tempus: πρὸς ἐσπέραν L. 24, 29. ἐν ἡμέρᾳ Rom. 13, 13. πρὸ καιροῦ Mt. 8, 29. ἐν ἀρχῇ Jo. 1, 1. ἀπὸ καταβολῆς Mt. 13, 35. ἐκ νεότητος Act. 26, 4.

Nota. Per hebr. in quibusdam formulis et dictionibus et nomen regens et genitivus sine articulo leguntur: e. g. ἀπὸ προσώπου τινός, διὰ χειρός τινος, διὰ στόματός τινος, ἀπ' ὀφθαλμῶν σου, ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν; dein: ἐν ἡμέρᾳ Ἡρώδου Mt. 2, 1, ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς Rom. 2, 5. ἐν βίβλῳ Ξωῆς Ph. 4, 3. — γῆ Ἰσραὴλ, πόλις Δαυΐδ, οἶκος Ἰσραὴλ, ἐξ ἐφημερίας Αβία L. 1, 5. (L. 1, 46. et sequ. — 1, 68. et sequ.)

c) Nomen prædicati e regula sine articulo ponitur. e. g. Mt. 8, 9. καὶ ἐγὼ ἀνθρωπός εἰμι nam et ego homo sum..., atta-

men prædicatum articulo ornatur, si illud unicum vel determinatum objectum designat, e. g. I. Jo. 4, 15. Ἰησοῦς ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Mt. 16, 16. σὺ εἶ ὁ Χριστός. Mr. 8, 29. Mr. 1, 11. σύ εἶ ὁ υἱός μου. . . .

Nota. ὁ υἱός (præd.) = unicus filius; ὑιός (præd.) unus e caris. Mt. 27, 11, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων Mr. 15, 2. L. 23, 3. Jo. 4, 42. οὗτός ἐστι ὁ σωτήρ τοῦ κόσμου. Mt. 5, 13. ὑμεῖς ἐστὲ τὸ ἄλας τῆς γῆς Mt. 5, 14. ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου.

Nota discriminem: Jo. 8, 44. ἐκεῖνος (scil. διάβολος) . . . ψεύστης ἐστί (sine artic.) καὶ ὁ πατὴρ (cum art.) αὐτοῦ (scil. τοῦ ψεύδους) gradatio: non solum mendax, sed auctor (ille notus) mendacii. Ph. 3, 3. ἡμεῖς ἐσύ εν ᾧ περιτομή nos sumus circumcisio scil. vera (veri nominis), quæ determinatio plerumque immediate sequitur; Jo. 15, 1. ἐγώ εἰμι ἡ ἀμπελος ἡ ἀληθινή — ego sum vitis vera (perfectiss.) Jo. 1, 9. ὃν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν (præd.) — erat lux vera nempe verbum (subj.) Jo. 6, 50. οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνων — tentoť jest 'chléb, který v pravém smyslu s nebe sstupuje 51. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Hanc significationem etiam participia prædicativa cum articulo habent actionem aliquam subiecto determinato utpote certam et propriam attribuentes; e. g. 9, 21. οὗτός ἐστιν ὁ πορθήσας hic est, qui perdebat.. t. j. vždyť právě tento hubil. Jo. 5, 39. Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς — καὶ ἐκεῖναι εἰσι αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ scrutamini (indic) scripturas — hae (revera) testimonium perhibent de me.

d) Appositio nominibus propriis addita plerumque absque articulo est; e. g. Σίμων βυρσεύς Act. 10, 32. Γάϊος Δερβαΐος 20, 4. Ἰωάννα, γυνὴ Χουζᾶ ἐπιτρόπου Ἡρώδου L. 8, 3. — Ἰάκωβος Ἄλφαιος et Ἰούδας Ἰακώβου. Si autem personæ eiusdem nominis discernendæ sunt, articulus appositioni præponitur. Ἰωάννης ὁ βαπτίστης, Φίλιππος ὁ εὐαγγελιστής, ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης.

c) Nomina abstracta sæpiissime sine articulo reperiuntur; e. g. R. 3, 28. δικαιοῦσθαι πίστει. Jo. 1, 4. ἐν αὐτῷ ζωὴν ὃν. I. C. 3, 13. ωνὶ δὲ μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη... Ceterum animadver-

tendum est, articulum in N. T. sæpius omitti, ubi illum desideraveris.

2. Articulus præponitur adiectivis:

a) quæ vices substantivorum subeunt; e. g. Rom. 1, 19. τὸ γνωστόν — quod notum est i. e. cognito Dei per veritates naturales. 2, 4. τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ quod benignum est i. e. benignitas Dei.

b) quæ substantivum suum articulo ornatum sequuntur. Mr. 1, 11. ὁ ὑιός μου ὁ ἀγαπητός Mr. 9, 43. εἰς τὸ πῦρ τὸ ἀσβεστον in ignem inexstingibilem.

Nota. Etsi substantivum (nomen propr.) plerumque articulo destituatur, adiectivum (particip.) tamen, quod ei describendo adjicitur, eo solet instrui. Jo. 14, 27. εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. L. 23, 49. γυναῖκες αἱ συνακολουθήσασαι Act. 7, 35.

Nota 2. Adiectivum (particip.) articulo carens neque inter substantivum eiusque articulum insertum prædicativum est; e. g. Jo. 5, 36. ἔχω τὴν μαρτυρίαν μείζω = ἡ μαρτυρία, ἣν ἔχω, μείζων ἔστιν. Mr. 8, 17, ἔτι πεπωρωμένην ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν; — Hebr. 7, 24. — I. C. 11, 5.

Nota 3. Πᾶς significatione „quisque“ (etiam quivis, omnis, „jeder“) adiungitur substantivo articulo non notato; e. g. Mt. 3, 10. πᾶν δένδρον omnis (každý) arbor; L 3, 5. πᾶν ὄρος jeder Berg. — Act. 3, 23. πᾶσα ψυχή omnis anima; iunctum cum vocibus affectionem, actionem, indolem notantibus plenitudinem et summum intentionis gradum indicat, lat. omnis (alle, Alles;) Act. 4, 29. μετὰ πάσης παρρέσιας λαλεῖν τὸν λόγον σου cum omni fiducia loqui verbum tuum. 17, 11. μετὰ πάσης προθυμίας cum omni aviditate suscepereunt verbum... πᾶσα ἐλπὶς 27, 20. sim. σπουδή, ἐπιθυμία, χαρά et a.; πᾶς adiunctum substantivo articulo ornato notat „totus“, „universus“ e. g. ὥρμησεν πᾶσα ἡ ἀγέλη præcipitatus est totus grex. Mt. 21, 10. πᾶσα ἡ πόλις universa civitas; Mr. 4, 1. πᾶς ὁ ἔχλος die ganze Menge. L. 2, 1. πᾶσαν τὴν οἰκουμένην (scil. ἀπογράφεσθαι) ut universus describeretur orbis.

Nota discrimin II. C. 1, 4. ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν (qui consolatur nos in omni tribulatione nostra i. e.

ea, que revera contigit et quam apostolus universam sibi vel lectoribus repræsentat) εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψῃ (ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt i. e. quæ contingere possit.) — Πάντες in plurali, si omnes, qui vel in oratione præterita iam nominati sunt, vel mente ut certi quidam cogitantur, indicat, substantivo adiungitur cum articulo; e. g. Mt. 1, 17. πάσαι αἱ γενεαὶ omnes generaciones (nempe in antecedentibus enumeratæ.) 11, 13. πάντες οἱ προφῆται omnes prophetæ (quos s. codex complectitur.) L. 2, 19. πάντα τὰ ρήματα ταῦτα omnes res quæ evenerant.) Si vero universam quandam multitudinem, alia eorum ratione non habita. indicat, sine articulo ponitur; e. g. Rom. 5, 12. εἰς πάντας ἀνθρώπους in omnes homines (indefinite.) Gal. 6, 6. ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς in omnibus (in genere) bonis.

Eadem ratio est in adhibendis adiectivis: πολλοί, πλείονες, πλεῖστοι, ἄλλοι etc.

3. Participia construuntur cum articulo:

a) quæ substantivorum vices subeunt et aliquam universitatem indicant; e. g. ὁ σπείρων — rozsevač; I. Thess. 3, 5. ὁ πειράζων tentator.

b) quæ adiectivi instar substantivis adponuntur; e. g. Eph. 1, 3. ὁ Θεός ὁ εὐλογήσας Deus benedicens Col. 1, 5. τὴν ἐλπίδα τὴν ἀποκειμένην spem repositam; Jac. 3, 9. τοὺς ἀνθρώπους τοὺς γεγενότας homines factos.

4. Infinitivi, qui substantivi naturam induunt, habent articulum; e. g. Phil. 1, 21. τὸ ζῆν, τὸ ἀποθανεῖν. Jac. 1, 19. εἰς τὸ ἀκοῦσαι, εἰς τὸ λαλῆσαι (v. § 54.)

5. Ita pariter adverbiis, quæ substantivorum loco adhibentur, articulus præponi solet; e. g. Jo. 8, 23. ὅμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστέ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἀνω εἴμι vos deorsum estis (i. e. de terra) ego de supernis sum. Col. 4, 9. τὰ ὕδε i. e. res, quæ hic aguntur. Mt. 8, 18. ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν jussit ire trans fretum. I. Tim. 3, 7. οἱ ἔξωθεν non christiani.

Sæpe occurrit articulus ante nomina cum præpositionibus et ante genitivos; in primo casu articulus cum verbis adiectis paraphrastice exprimit aliquod nomen; in altero casu nomen

omissum, ad quod articulus pertinet, e contextu cognosci debet; e. g. Mt. 26, 51. οἱ μετὰ Ἰησοῦ Jesu discipuli; Rom. 2, 8. οἱ ἔξ ἐριθείας contentiosi. οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας die Italiener. τὰ τοῦ Θεοῦ quæ Deo placent Mt. 16, 23. τὰ τοῦ κχίσαρος quæ Cæsari debentur. τὰ τῆς σαρκός quæ e concupiscentia carnis prodeunt.

6. Articulus generis neutrius præponitur quoque:

a) Vocibus, quæ enumerantur vel explicantur; e. g. Mt. 19, 18. τὸ „οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις“. Gal. 4, 25. τὸ γὰρ (Ἄγαρ, Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν Ἀραβίᾳ i. e. vox Hagar denotat montem Sina in Arabia (vel Sina enim mons est in Arabia). Efes. 4, 9. — Hebr. 12, 27. — Röm. 13, 9.

b) Enuntiationibus, quæ unicam notionem efficiunt, et in sequente oratione prædicatum accipiunt, quæque gnomæ instar adducuntur, e. g. Mr, 9, 23. ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι Jesus dixit ei: si potes credere. L. 9, 46. εἰςῆλθε διαλόγισμος ἐν αὐτοῖς, τὸ τὶς ἀν εἴη μεῖζων αὐτῶν venit autem in mentem eorum cogitativo (hæc:), quis ipsorum major esset.

Nota. Ubi substantiva eiusdem generis per καὶ copulantur, sæpius per compendium dictionis articulus ad alteram vocein non repetitur; e. g. L. 14, 3. πρὸς τοὺς νομικοὺς καὶ φαρισαίους. Eph. 2, 20. τῶν ἀποστολῶν καὶ προφητῶν. Simillima ea sunt loca, in quibus nomini cuidam aliud nomen appositionis instar coniunctione καὶ additur. e. g. Eph. 1, 3. εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. 2. P. 1, 11. τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος. Laudibus celebretur Deus, qui est pater Domini nostri; — qui est Salvator. I. Thess. 1, 3.

Si nomina diversi generis numerive coniunguntur, illud compendium dictionis per naturam rei illicitum est; scriptores N. T., ab hac regula, quam plerumque observant, e. g. Mt. 7, 12. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται. L. 10, 21. Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς. Eph. 2, 1. τοῖς παταπτώμασι καὶ τοῖς ἀμαρτίαις; nonnunquam tamen abeunt; e. g. Col. 2, 22. κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας. L. 1, 6. ἐν πάσαις τοῖς ἐντολαῖς καὶ δικαιώμασι. Ad differentiam personarum notandam articulus utriusque voci præpo-

nitur, e. g. Act. 26, 30, ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ ἡγεμών. I. C. 3, 8. ὁ φυτεύων καὶ ὁ ποτίζων ἐν εἰσιν. Et qui plantat et qui rigat unum sunt (scit. ratione ministerii, quamquam diversa sunt membra.)

Sectio III. — De usu verborum.

Caput. I. De generibus verborum.

§ 36. De activo.

Verba activa occurunt vel sine obiecto (subjective e. g. βαίνω) vel cum obiecto; transitiva obiectum in casu quarto secum ducunt, intransitiva alio in casu (nonnunquam cum præpositione) obiectum adiunctum habent.

Verba, quæ ordinarie significatione transitiva occurunt, ut in veterum Græcorum scriptis sic in N. T. saepius significatu intransitivo leguntur; e. g. ἀγωμέν Mt. 26, 46. eamus! ὑπάγει vadit Jo. 3, 8. περιάγειν Mt. 4, 23. cum accus. regionis, quam Jesus peragrabat; βάλλειν, ἐπιβάλλειν Act. 27, 14. — τὰ κύματα ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον fluctus se mittebant in navim (die Wellen ergoßen sich ins Fahrzeug) Mr. 4, 37.* — ἔχειν; ἀπέχειν distare; κλίνειν L. 9, 12. (dies cœperat declinare); λείπειν L. 18, 22. Tit. 3, 13. deesse; ἐν σοι λείπει unum tibi deest. — στρέφειν Act. 7, 42. avertere se: ἐστρεψεν δὲ ὁ Θεός... ἀπορρίπτειν Act. 27, 43. ἀπορρίψαντας (scit. εἰς θάλασσαν) sich ins Meer stürzend.

Vice versa verba intransitiva in N. T. saepius significatione transitiva leguntur, quod interpres partim ex imitatione linguae hebr. (hiphil.), partim e more auctorum profanorum explicant. Verba, quæ huc pertinent, sunt fere hæc: Mt. 5, 45. ἀνατέλλειν educere τὸν ἥλιον; Mt. 28, 19. μαθητεύειν (discipulus sum aliqui) docere, instituere τὰ ἔθνη; Luc. 22, 43. ἐπισχύειν corroboro-

*) Sed βάλλειν apud Jo. 13, 2. τοῦ δικτύου βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν aptissime explicatur per immittere, suggere, si obiectum, quod auctor suppressit (scit. consilium), subintelligimus, ut sensus sit: cum diabolus immisisset consilium pessimum in cor (scit. Judæ).

rare: ἄγγελος... ἐπισχύων αὐτὸν angelus... corroborans eum (scilicet. Jesum); II. Cor. 2, 14. θριαμβεύειν... νίμᾶς triumphantes reddere vos; Phil. 4, 10. ἀναθάλλειν (metaph.) largiter producere (scilicet. curam mei). I. Thess. 3, 12. περισσεύειν augere, πλεονάξειν ὑμᾶς.

Græci activa interdum etiam pro mediis posuerunt. In N. T. a) addito pronomine reflexivo ita legitur Act. 14, 14. διαρρήξαντες τὰ ιμάτια αὐτῶν pro διαρρήξαμενοι τὰ ιμάτια cum lacerassent sibi vestimenta sua. Conf. Mt. 26, 65. Mr. 14, 63.

b) omissio pronomine reflexivo: Luc. 9, 12. Rom. 4, 1. εύρισκειν, Jo. 14, 23. ποιεῖν, ubi græci medium posuissent. II. Cor. 11, 20. εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ (scilicet. sibi).

Nota. Græci, imprimis poetæ, amabant quoque verbis activis interdum passive uti; in N. T. hac ratione explicantur verba I. Petri 2, 6. περιέχει i. e. περιέχεται continetur εἰ τῇ γραφῇ.

§. 37. De medio.

Genuina mediorum notio est reflexiva eaque triplici potissimum ratione sumitur:

a) Alia quippe media obiectum actionis directum simul involunt, ita ut activis cum pronomine reflexivo in casu quarto coniunctis paria sint; e. g. Mt. 6, 17. ἀλείρομαι idem ac ἀλείφω ἐμαυτόν ungo me. Luc. 22, 30. καθίζομαι ich setze mich. Act. 17, 28. κινέομαι moveo me.

b) Alia verba media, quibus obiectum directum in vce singulari additur, obiectum indirectum implicite simul indicant atque activa cum pronomine reflexivo in dativo æquant. e. g. Gal. 5, 12. ἀποκόπτομαι mihi exseco (slt. genitalia). Ephes. 5, 16. ἔξαγοράζομαι mihi emo aliquid; I. Petri 1, 9. κομίζομαι mihi paro aliquid.

c) Alia denique media actionem, quam aliquis in ipsius commodum incommodumve fieri jubet vel patitur, notant, atque resolvuntur in germ. voce „lassen“, in bohem. „dávám si“; e. g.

Luc. 2, 1. ἀπογράφομαι meum nomen in tabulas publicas referri jubeo (dávám se zapsati); Act. 15, 1. περιτέμνομαι me circumcidendum curo; Act. 18, 18. κείρομαι me tondendum curo.

Nota 1. Nonnulla verba solummodo in medio occurunt e. g. ἵκομαι supplico, δύναμαι possum, ἐπίσταμαι scio, κεῖμαι jaceo et a.

Nota 2. Alio, quam quo activum vertitur, verbo reddenda sunt παύομαι (act. in quietem transferro) cesso, desino I. Cor. 13, 8. πείθομαι credo (act. persuadeo) = mihi persuadeo Act. 26, 26. ἀπολύομαι discedo (act. dimitto; med. dimitto me) Act. 28, 25. φυλάττομαι caveo mihi (quasi: observo me) Luc. 12, 15. αἱρέομαι præfero (quasi: eligo mihi e pluribus unum) Hebr. 11, 25. δανείζομαι mutuum sumo (pecuniam mihi mutuo dandam curo) Mt. 5, 42. μισθοῦμαι conduco (mihi mercede locandum aliquid curo) Mt. 20, 1.

Nota 3. Nonnullis verbis mediis, ast paucis tantum, notio reciproca admixta est in N. T. libris e. g. Jo. 9, 22. συντίθεσθαι inter se pacisci, conspirare; II. Cor. 13, 11. παρακαλεῖσθαι se invicem consolari; II. Tim. 2, 24. μάχεσθαι proeliari inter se In profanorum libris plura leguntur media significatione reciproca.

Ad exemplum veterum etiam s. auctores in paucis solummodo locis medium pro activo scripserunt e. g. ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἀγδρί II. Cor. 11, 2. despondi vos viro (recte ἡρμοσα). Luc, 7, 4. ἔξιάς εστι, ω̄ παρέξῃ; Act. 19, 24. Δημήτριος... παρείχετο τοῖς τεχνίταις ἐργασίαν οὐκ ὀλίγην Demetrius præstabat artificibus non modicum quæstum; τίθεσθαι ἐν φυλακῇ, εἰς τήρησιν Mt. 14, 3. Act. 4, 3.

Nota 4. Pronomen reflexivum profani scriptores mediis interdum adponunt, idque triplicem ob causam aut necessitatis gratia aut per emphasis aut per pleonasmum faciunt. Rationis huius exemplum in N. T. exstat Tit. 2, 7. σεκυτὸν παρεχόμενος τύπον. καλῶν ἐργων te ipsum præbeas exemplar bonorum operum. Jo. 19, 24.

§ 38. De passivo.

In lingua græca non solum verba transitiva, sed etiam intransitiva admittunt constructionem personalem in passivo; iuste igitur scripserunt auctores N. T. Mt. 11, 5. οἱ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται pauperibus evangelizatur (in act. εὐαγγελίζειν τινι); Gal. 2, 7 πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον (in act. ἐπίστευσέ μοι scil. θεὸς τὸ εὐαγγέλιον) concreditum est mihi evangelium; Act. 21, 3. ἀναφανέντες τὴν Κύπρον (in act. ἀνέφανε ἡμῶν ἡ Κύπρος) apparuit nobis Cyprus; — οὐδὲ τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἥλθεν διακονηθῆναι (act. τινὶ) filius hominis non venit, ut ei ministraretur; — ἐγκαλεῖσθαι (act. τινὶ) accusari Act. 19. 40. — μαρτυρεῖσθαι (act. τινὶ) testimonium habere Act. 6, 3. — χρηματίζεσθαι Mt. 2, 12, divinitus admoneri.

Nonnulla verba transitiva (e. g. ὁρᾶν, γιγνώσκειν, εὑρίσκειν) in passivo construuntur cum dativo personæ pro præp. ὑπό cum genit. personæ; in vertendo exprimuntur convenientibus verbis intransitivis; e. g. ὄφθηναι τινὶ apparere aliui (= videri ab aliquo), θεαθῆναι Mt. 6, 1. — 23, 5. γνωσθῆναι Act. 9, 24. ἐγνώσθη δὲ τῷ Σαύλῳ ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν notæ factæ sunt Saulo insidiæ eorum. Sed I. Cor. 8, 13. ἐγνωσται ὑπ' αὐτοῦ (sct. θεοῦ) cognoscitur (= probatur vel amatur.) Gal. 4, 9.

Nota 1. Passivum in N. T. ut in veterum scriptis nonnunquam pro activo aut pro medio sumitur; e. g. ἀπεκρίθη respondit Luc. 22, 68. ἀποκριθεὶς εἶπε respondens dixit. Mt. 16, 2. οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος sic enim constituerat (Paulus); προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ adhærebit uxori suæ.

Nota 2. Nonnulla deponentia transitiva significatione passiva leguntur e. g. Rom. 4, 4. præs. λογίζεται imputatur; perf. ἰαται sanata est (mulier) Mr. 5, 39.

Nota 3. Passivum nonnunquam in vertendo circumscribendum est, ut exprimatur notio germ. *sich* — lassen (im Sinne des *Zulassens*) e. g. I. Cor. 6, 7. διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; quare non magis vobis iniuriam afferri patimini? δογματίζεσθαι Col. 2, 20. *sich Vorschriften machen* lassen = decreta, statuta amplecti.

Caput II. De temporibus verborum.

In adhibendis verbi temporibus auctores sacri in universum easdem, quas profani Græciæ scriptores secuti sunt, regulas observarunt. Mutatio temporum (s. d. anallage temporum), quæ sæpius in N. T. reperitur, non fuit arbitraria, sicuti nonnulli contenderunt, sed naturæ consentanea atque justa nec non auctoritate exemplisque veterum Græcorum probata.

§ 39. De præsenti.

Actio e mente personæ loquentis aut scribentis in præsenti perdurans vel iterata tempore præsenti exprimitur. Plerumque tempus præsens solummodo ea, quæ conatu tentantur, indicat (præsens conatus) e. g. Jo. 10, 32 διὰ ποῖον αὐτῶν ἔργον ἔμε λιθάζετε; propter quod eorum opus me vultis lapidare? — Jo. 13, 6. Κύριε, σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας; Domine tu mihi pedes lavas? i. e. tu vis mihi pedes lavare? Gal. 5, 4. οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε qui in lege justificamini i. e. qui in lege salutem inventuros esse putatis. Tempore præsenti etiam eventus vel effectus actionis, quæ in præsenti ad finem perducitur (quod alias per aoristum fit), exprimitur e. g. Act. 9, 34. Αἰνέα, ιᾶται σε Ἰησοῦς ὁ Χριστός. his verbis s. Petrus anunciat Aeneæ sonationem hoc momento peractam; similiter nuntius verbis: ἀσπάζεται σε — salutat te (scil. aliquis) —, mandatum de salutatione exequitur.

Ubi s. scriptores in narrandis rebus alacriores incedunt et quod actum esse dicunt lectori, ut in contemplatione diutius moretur, oculis quasi subjicere conantur, more veterum Græcorum præsenti pro aoristo utuntur. Eadem ratio Romanis in usu præsentis, quod nominant historicum, atque omnium gentium scriptoribus est solita. Jo. 1, 46. εὑρίσκει Φίλιππος τὸν Ναθαναὴλ καὶ λέγει αὐτῷ invenit Philippus Nathanael et dicit (dixit) ei.

Act. 10, 10. 11. ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις καὶ θεωρεῖ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον cecidit super cum extasis et vidit cœlum apertum.

Interdum præsens perfecti vel imperfecti potestatem tenet, non re vera pro his temporibus per enallagen positum, sed potius sensum prægnantem exhibens, aliquid fuisse et nunc esse indicans (statum præsentem). Brevitatem hac ratione scriptores N. T. adsecuti sunt, cum, ubi ad conditionem præteritam præsentemque indicandam duobus temporibus opus fuerit, unum modo, quod proximum esset, exprimerent, alterum supprimerent; e. g. L 1, 34. πῶς ἔσται τοῦτο, ἐπεὶ ἀνδρα οὐ γινώσκω; quomodo erit hoc, quoniam virum non (cognovi nec) cognosco? — Jo. 8, 38. πρὶν Ἀβραὰμ γένεσθαι ἐγώ εἰμι: priusquam Abraham fuerit, ego (fui et) sum; Act. 26, 31. οὐδὲν θανάτου ἀξιόν τὸ δεσμῶν πράσσει ὁ ἀνθρωπός οὗτος nihil morte aut vinculis dignum (fecit et) facit homo iste; (in germ. dieser Mensch macht ja nichts u. s. w. quamvis non tam quæ facit, quam ea, quæ fecit, intelligamus.) L. 9, 9. I. Cor. 11, 18. II. Thes. 3, 11. Act. 25, 11. Notione perfecti occurunt præsentia ἡκώ, πάρειμι et a. Luc. 15, 27. ὁ ἀδελφός σου ἤκει frater tuus venit = adest. Act. 17, 6. οὗτοι.... πάρεισιν hi venerunt = adsunt.

Tempore præsenti s. auctores sæpe indicant id, quod futurum est, quum vel proxime factum iri, vel extra omnem dubitationem eventurum esse credunt; e. g. Mt. 3, 10. πᾶν δένδρον ἔκκοπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται omnis arbor — excidetur et in ignem mittetur; Jo. 3, 36. ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν ἔχει (i. e. ἔξει) ζωὴν αἰώνιον qui credit in filium, habebit vitam æternam (nisi cogitandum est initium vitæ spirit. per gratiam.) — Mt. 26, 2. Eadem ratio est in vocibus: ἔρχεται, ὁ ἔρχόμενος et τὰ ἔρχόμενα significatione futuri sæpius adhibitis Mt. 11, 3. confer cum 11, 14,

§. 40. De imperfecto.

Imperfecto depinguntur non solum ea, quæ suo tempore diutius permanebant, sed etiam, quæ iteratione repetebantur; adhibetur igitur in descriptionibus eventuum, morum et consuetudinum in præterito vigentium; ita etiam in N. T.; e. g. Act. 2, 45, τὰ κτήματα ἐπίπρασκον καὶ διεμέριζον αὕτα πᾶσι possessiones

vendebant et dividebant illas omnibus. Mr. 12, 41. καὶ καθίσας ὁ Ἰησοῦς κατέναντι τοῦ γαζοφυλακίου ἐθεώρει . . . καὶ πολλοὶ πλούσιοι ἔβαλλον πολλά et sedens Jesus contra gazophylacium adspiciebat . . . et multi jactabant multa.

Imperfecto s. auctores etiam ea, quæ animo concipiebantur vel conatu tentabantur, non autem perficiebantur, indicant (imperf. conatus); e. g. Act. 7, 26. συνήλλασσεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην conabatur eos reconciliare ad concordiam; L. 1, 59. ἐκάλουν αὐτὸν Ζαχαρίαν volebant vocare eum Zachariam. Mt. 3, 14. διεκώλυεν arcebat seu baptizare renuebat.

In nonnullis locis N. T. imperfectum potestatem plusquamperfecti habet, e. g. Act. 4, 13. ἐπεγίνωσκον (scit. ἀρχιερεῖς) αὐτοὺς, ὅτι σὺν τῷ Ἰησοῦ ἦσαν . . . quoniam cum Jesu fuerant. Act. 3, 10. ἐπεγίνωσκον ὅτι ἦν (fuerat) ὁ καθήμενος; 16, 3. ἤδεισαν τὸν πατέρα αὐτοῦ ὅτι Ἔλλην ὑπῆρχεν sciebant enim, quia pater eius (tunc jam mortuus) gentilis fuerat. Mt. 23, 30. εἰ ἤμεθα ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων . . . si fuissemus temporibus patrum nostrorum . . .; Jo. 11, 21. εἰ ἦς ὁ δεός ὁ ἀδελφός μου οὐκ ἂν ἐτεθνήκει; Hebr. 4, 8. 8, 7.

§ 41. De futuro.

Futurum indicat eventum effectumve futurum et quidem vel permanentem vel in momento accidentem.

Etiam in N. T. legitur futurum gnomicum, quo actio sub quibusdam condicionibus exspectata significatur e. g. Rom. 5, 7. μόλις ὑπέρ δικαίου τις ἀποθανεῖται vix pro iusto quis moritur (Vulg. morietur.) 7, 3. μοιχαλὶς χρηματίσει (scit. γυνή), ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἐτέρῳ vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro.

Actio vel eventus jam instans sive aliquo modo præparatus verbo μέλλειν cum infinitivo futuri vel præsentis exprimitur; e. g. Act. 11, 28. Ἀγαθὸς ἐσήμανεν . . . λιμὸν μεγάλην μέλλειν ἔσεσθαι Agabus significabat magnam famem futuram; 23, 30. — 24, 25. — 27, 10.

Interdum futurum indic. a nostris ut a profanis scriptoribus tum adhibetur, quum quod fieri potest, vel quod alicui facere

libet, non autem quod fiet, indicant; his locis illud tempus notionem præsentis coniunctivi, quæ potestati futuri affinissima est, adsumit, atque a germanice vertentibus per verbum auxiliare: *ich möchte, könnte, sollte* apte resolvitur; e. g. Mt, 7, 24. ὁ οἰώσω αὐτὸν ἀνδρὶ φρονέμῳ comparaverim eum (*ich möchte ihn einem Flugen Mann vergleichen...*) Rom. 15, 18. οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν non ausim dicere; Mt. 7, 16. ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς an ihren früchten könnt ihr sie erkennen.

Non rarius in secundaria propositione futurum hoc sensu legitur, ut coniunctivi notionem teneat. e. g. Mr. 3, 2. παρετήρουν αὐτόν, εἰ τοῖς σάββασι θεραπεύσει observabant eum, an sabbato curaret. L. 11, 6. οὐκ ἔχω, δὲ παραθήσω αὐτῷ non habeo, quod apponam ei. Sed et alias sæpe futurum vices coniunctivi gerit vide §§ 78. 81. 83.

De futuro pro imperativo lege §§ 46. 49. pro optativo § 76. De participio futuri § 61. d.

§ 42. De perfecto.

Perfecto s. scriptores interdum ita utuntur, ut præterlapsum tempus ac præsens simul indicent, quod necessarium est, cum actionis vel conditionis durantis initium a lectoribus intelligi volunt. Hæc ratio naturæ perfecti græci, quod nunquam merum actum notat, sed etiam conditionem indicat, quæ ex illo exorta est, convenit atque scriptoribus omnibus frequens est; e. g. Jo. 5, 45, Μωϋσῆς, εἰς δὲ ὑμεῖς ἡλπίκατε in quem sperastis et speratis; 20, 29. ὅτι ἐώρακάς με, πεπίστευκας, credidisti et credis (ubi simul initium durantis adhuc fidei notatur.) Mr. 2, 5. ἀφέωνται τοι αἱ ἀμαρτίαι remissa tibi sunt peccata (et manent remissa.)

Inde fit, ut nonnulla perfecta tempore præsenti vertamus: οἶδα: scio; ἔστηκα: sto; πέποιθα, πέπεισμαι: persuasum habeo; ἔγνωμαι: puto, aestimo; μέμνημαι: memor sum; κέκτημαι: possideo, (sed hoc perfectum in N. T. non occurrit.)

Cum perfectum et præsens affini sint notione, non mirandum est, uti hoc sic etiam illud in re futura indicanda inter-

dum usurpari; hæc scribendi ratio non solum ex usu loquendī Hebræorum (qui, quod fore certissime sperant, non raro factum esse dicunt) repetenda, neque mere hebraica appellanda est, cum etiam veteris Græciæ scriptoribus et Romanis communis sit; (Liv. 20, 40. Si tales animos in proelio habebitis, quales hic ostenditis, vicim u.s.) Jo. 4, 38. καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰς εληλύθατε et vos in laborem eorum introistis (prophetice: introibitis. Schanz.) Rom. 14, 23. Ο δὲ διακρινόμενος, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται. Si autem discernens manducaverit, damnatus est. Quamquam s. scriptores diversas perfecti et aoristi notiones optime noverunt, quod e multis locis patet, interdum tamen negligentia lapsi perfectum pro aoristo posuisse videntur, e. g. Jo. 13, 12. γινώσκετε, τί πεποίηκα (pro: ἔποιησα) ὑμῖν, cognoscitis, quid fecerim vobis; 19, 22. in responso Pilati: ὁ γέγραφα γέγραφα primum γεγρ. aoristi, alterum perfecti notionem habet = quod scripsi, manet scriptum. I. Jo. 1, 1. ὁ ἐνράκαμεν τοῖς δοφθαλμοῖς ἡμῶν, ὁ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν.. perf. ἐωρακ. cum aoristo coniungitur, quamvis omnia verba solummodo actum indicent.

In multis vero locis recte coniuncta sunt ambo tempora, e. g. Act. 21, 28. Ἐλληνας εἰς ἄγαγεν εἰς τὸ ιερὸν καὶ κεκοίνωκεν τὸν ἄγιον τόπον gentiles induxit in templum et violavit (violatio erat effectus perdurans) sanctum locum istum; I. C. 15, 3... ὅτι Χριστὸς ἀπέθανεν... καὶ ὅτι ἐτάφη καὶ ὅτι ἐγένετο τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ; L. 4, 18. 7, 17. Jo. 13, 3. Hebr. 7, 14. 12, 2. et a.

Perfectum in sententiis secundariis post verba sentiendi et declarandi interdum notionem plusquamperfecti habet, e. g. Mr. 5, 33. εἰδὺν ὁ γέγονεν αὐτῇ sciens (scil. mulier), quod factum esset sibi — L. 9, 36. οὐδενὶ ἀπήγγειλαν οὐδὲν ὃν ἐωράκασιν nemini dixerunt quidquam ex his, quæ viderant.

§ 43. De plusquamperfecto.

Plusquamperfectum depingit conditionem in præterito permanentem, quæ exorta est ex actu præterito; e. g. L. 16, 20. Λόζχρος ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα Lazarus jacebat ad januam...

Jo. 11, 44. ἡ ὄψις αὐτοῦ σουδαρίῳ περιεծέδετο et facies eius sudario ligata erat.

Quæ verba in perfecto notionem præsentis habent, eadem in plusquamperfecto vices imperfecti gerunt, e. g. Mt. 12, 46. οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἰστήκεισαν ἔξω fratres eius stabant foris. Jo. 2, 9. οἱ διάκονοι ἤδεισαν ministri sciebant.

Ceterum plusquafectum rarius occurrit etiam in N. T., quia consecutionis temporum (quæ solummodo e contextu cognosci potest) in lingua græca nulla ratio habetur.

§ 44. De aoristo.

Aoristo utebantur scriptores, si simpliciter narrabant, quod accidit, nullam rationem aliis actionis conditionisve neque alius temporis habentes; notabant igitur aoristo: I. ingressum (initium) actionis e. g. Rom. 14, 9. ἔζησεν revixit (bohem. ožil); II. Cor. 8, 9. ἐπτώχευσεν schudl. Act. 15, 12. ἐσίγησεν tacuit (utichlo t. množství).

2. finem actionis: Jo. 16, 19. ἔγνω cognovit; Mt. 9, 18. ἡ θυγάτηρ . . . ἐτελεύτησεν finivit scilt. vitam (dokonala).

3. quod uno puncto temporis accidit e. g. Mt. 13, 4. ἐπεσεν cecidit; L. 9, 28. παραλαβών resol. assumpsit.

Plerumque s. auctores in narrandis rebus gestis etiam diutius perdurantibus aoristum adhibent (aor. histor.); sed etiam in hoc casu sicuti profani scriptores potius terminum actionis vel finem temporis respiciunt; e. g. Act. 11, 26. ἐγένετο αὐτοὺς ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ et annum totum conversati sunt in ecclesia (pobyli). Act. 28, 30. ἐμεινεν διετίχν ὅλην ἐν ἴδιῳ μισθώματι mansit autem biennio toto in suo deversorio (pobyl po dvě léta . . .).

Nota. Verbum μένειν in aoristo positum sine determinatione temporis significat „manere“ utpote oppositum verbo „abire“. Jo. 7, 9. ἐμεινεν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ mansit in Galilea i. e. non ascendit cum fratribus in Judæam.

Aoristus gnomicus a scriptoribus græcis in sententiis communibus adhibitus etiam in N. T. paucis locis legitur imprimis in proverbiis et parabolis. Jo. 15, 6. ἐάν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοί, ἔβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα καὶ ἔξηράνθη si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes et arescat. Jac. 1, 11. 24. I. Phil. 1, 24.

Ut in veteris Græciæ voluminibus ita in N. T. libris aoristus passim plusquamperfecti notionem habet e. g. Jo. 7, 10. ὃς δὲ ἀνέβησαν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, τότε καὶ αὐτὸς ἀνέβη postquam ascenderant fratres eius, tunc et ipse ascendit.

Si aoristo edicitur actio præterita, cuius conditio in præsenti perdurat, inde non sequitur, aoristum pro perfecto positum esse; potuit enim auctor actionem solummodo præteritam sine ullo temporis præsentis respectu cogitare; sic sensus verborum matris Christi Luc. 2, 48. τί ἐποίησας ἡμῖν τοῦτο esse potest: Cur hoc egisti — scilicet cum remansisti tertio ante hunc diem...

Quum quæ certe expectamus, sæpius ut jam acta cogitamus, non mirum est, aoristum legi, ubi, quia de re futura sermo est, futurum tempus locum suum proprie habet; e. g. Jo. 13, 31. 32. Νῦν ἐδοξάσθη ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ. εἰ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη. Nunc clarificatus est (recte: clarificabitur) filius hominis: et Deus clarificatus est (clarificabitur) in eo.

Si quis epistolam conscribens aoristo utitur, cogitat illud tempus, quo litteræ legentur, quo igitur quæ fiunt, facta sunt; e. g. Phil. 19. ἐγὼ Παῦλος ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρὶ ego Paulus scripsi mea manu. II. Jo. 12. πολλὰ ἔχων ὑμῖν γράψειν, οὐκ ἐβούληθην διὰ χάρτου καὶ μέλανος multa habens vobis scribere nolui per chartam et atramentum.

Caput III. De modis verborum.

§ 45. De indicativo.

Indicativo Græci utuntur, cum aliquid esse indicant; quia autem id, quod est (vel fuit), etiamsi in mente loquentis ut cogitatum alii cogitationi adhærescat, tamen ut vere actum Græci

seiunctim et per se cogitare et edicere solent, s^apius quam Romani aliæque gentes in enuntiatione secundaria indicativo utuntur. e. g. Mr. 8, 23. ἐπηρέωτας αὐτὸν, εἰ τι βλέπει; interrogabat eum, si quid videret; de modis in enuntiationibus secundariis plura legi possunt in §§ 76.—84.

Nota. Paulo uberior in adhibendo indicativo s. auctores abire videntur, dum eo etiam in interrogatione deliberativa, in qua veteres auctores aut coniunctivum aut futurum usurpare solebant, utuntur; e. g. Jo. 11, 47., ubi synedrii assessores dicunt: τί ποιοῦμεν quid faciamus?

Ubi Veteres significare volebant, quod fieri deberet (etiam liceret vel posset), indicativum imperfecti sine ἦν adhibebant; ita etiam in ss. libris legitur e. g. Mt. 23, 23. ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφίεναι hæc oportet facere, illa non omittere. II. Cor. 12, 11. ἐγὼ γὰρ ὄφειλον ὑφ' ὑμῶν συνίστασθαι Mt. 26, 9. 24. Mr. 14, 21. Aliter Act. 22, 22. οὐ γὰρ καθήκεν αὐτὸν ζῆν; Judæi enim postulant, ut Paulus occidatur (class. καθήκει). Luc. 24, 26. οὐχὶ ταῦτα ἔδει παθεῖν τὸν Χριστόν „nonne hæc oportuit pati Christum“, qua interrogatione necessitas passionis Christi simpliciter affirmatur.

In optionibus s^apissime in ss. litteris indicativus (sine ἦν) invenitur e. g. I. Cor. 4, 8. ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε utinam regnetis! II. C. 11, 1. ὄφελον ἀνείχεσθέ μου utinam sustineretis me! Gal. 5, 12. Röm. 9, 3. ηὐχόμοντι optarem ἀνάθεμα εἶναι Phm. 13. ἐβουλόμην hätte gewünscht. Hic verborum indicativi in optando usus a consuetudine veterum Græcorum alienus est, et modo in superiorum libris passim reperitur.

Indicativus futuri nonnunquam pro imperativo positus in N. T. invenitur imprimis in præceptis ex A. T. citatis e. g. Mt. 5, 21. οὐ φονεύσεις, 43. ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου et a.

Rarius legitur indicativus fut. in interrogationibus deliberativis: Act. 2, 37. Τί ποιήσομεν ἀνδρες ἀδελφοί; et in negationibus cum οὐ μή: Mt. 16, 22. Τιεώς σοι, κύριε οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.

Particula ἦν, qua addita notio incertudinis sententiæ immiscetur. indicativi potestatem varia ratione temperat; si additur

verbis in temporibus historicis positis, id, quod fieri potuit, indicat (indicativus potentialis) e. g. L. 19, 23. ἐγὼ ἐλθὼν σὺ τόκῳ ἀν ἔπραξα αὐτό.

Ubi particula ᾧ in sententia conditionali verbo adiungitur, indicativi potestatem fere totam aufert (indicativus irrealis); hic indicativus sæpiissime occurrit in periodis conditionalibus, de quibus lege § 81.

Nota. I. Cor. 7, 5. ᾧ verbo non sequente legitur: μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μήτι ᾧ ἐκ συμφόνου πρὸς κακόν, ἵνα σχολάσητε τῇ προσευχῇ nolite fraudare invicem, nisi forte id ex consensu ad tempus (scit. fiat), ut vacetis orationi. Etiam Veteres ad ᾧ verbum, quod e præcedenti oratione subintelligendum erat, sæpe suppresserunt.

§ 46. De coniunctivo.

Coniunctivus indicat, aliquid esse posse; ideoque in propositione primaria usurpatur,

1. si seinetipsos exhortantur (conj. adhortativus) e. g. Mt. 17, 4. ποιήσωμεν τρεῖς σκηνάς faciamus tria tabernacula; Jo. 14, 31. ἐγείρεσθε, ςγωμεν ἐντεῦθεν surgite, proficiscamur hinc. I. Cor. 15, 32. εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, φάγωμεν καὶ πίωμεν si mortui non resurgunt, manducemus et bibamus ..

Nota. Paucis locis ubi I. pers. sing. v. plur. huius coniunctivi occurrit, coniungitur cum ἄφες vel δεῦρο; Mt. 7, 4. Ἄφες ἐκβάλω τὸ κάρφος ἐκ τοῦ οφθαλμοῦ σου Sine ejiciam festucam de oculo tuo. Act. 7, 34. Καὶ νῦν δεῦρο, ἀποστέλω σε εἰς Αἴγυπτον. Et nunc veni et mittam te in Aegyptum. Mt. 27, 49. Ἄφες, ἴδωμεν εἰ ἔρχεται Ἡλίας... Mt. 12, 7. δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτόν.

2. si dubitantes vel deliberantes interrogant, quid faciendum (conj. deliberativus) e. g. Mr. 12, 14. Ἐξεστιν κῆνσον Καίσαρι δοῦναι ή οὔ; δῶμεν ή μὴ δῶμεν;

Interrogatio deliberativa nonnunquam inducitur verbis θέλεις, βούλει, βούλεσθε; e. g. L. 9, 54. Κύριε, θέλεις εἴπωμεν πῦρ κατα-

βῆναι Domine vis, ut petamus... (Máme-li žádati). Mt. 13, 28. Θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξωμεν αὐτά; Jo. 18, 39. Βούλεσθε οὖν ὑμῖν ἀπολύσω τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; vultis ergo, ut dimittam vobis regem Judæorum?

Nota. Coniunctivus deliberativus in II. vel III. persona pronuntiatus ad notionem futuri proprius accedit e. g. L. 23, 31. ἐν τῷ ἔηρῷ τί γένηται in arido quid fiet? Mt. 23, 33. πῶς φύγητε... jak asi uniknete? Rom. 10, 14. πῶς οὖν ἐπικαλέσωνται quomodo invocabunt (jak mohou .?)

in admonitionibus, prohibitionibus et comminationibus (conj. prohibitivus) loco imperativi aoristi; e. g. Mt. 3, 9. καὶ μὴ δόξητε λέγειν Ne velitis dicere.. L. 14, 8. μὴ κατακλιθῆς εἰς τὴν πρωτοκλισίαν ne discumbas in primo loco... Col. 2, 21. Μὴ ἀψή μηδὲ γεύσῃ μηδὲ θίγῃς Ne tetigeris neque gustaveris neque contrectaveris. I. Cor. 16, 11. Μήτις οὖν αὐτὸν ἐξουθενήσῃ ne quis ergo illum spernat. II. Cor. 11, 16. μή τίς με δόξῃ ἄφρονα εἶναι ne quis me putet insipientem esse.

In N. T. prohibitionibus saepius præponuntur imperativi δῆτα, δρᾶτε, βλέπετε. Mt. 8, 4 δῆτα μηδενὶ εἴπῃς = Mr. 1, 44. I. Thess. 5, 15. δρᾶτε μή τις κακὸν... ἀποδῷ. Mt. 24, 4. Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ videte, ne quis vos seducat.

Nota 1. Duplici particula οὐ μή major vis negandi coniunctivo attribuitur e. g. L. 12, 59. οὐ μὴ ἐξελθῆς Jistě nevyjdeš. 13, 35. οὐ μὴ ἴδητε με. Mt. 24, 2. Jo. 13, 8.

Nota 2. Passim s. auctores coniunctivum cum ἵνα pro imperativo adhibent præceptum hac ratione magis in suasionem mutantes e. g. Ephes. 5, 33. ἐκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα οὕτως ἀγαπάτω ὡς ἑαυτόν ή δὲ γυνὴ ἵνα φοβηται τὸν ἄνδρα. Jeder liebt seine Frau wie sich selbst, dass aber auch die Frau ihren Mann ehre.

De coniunctivo in propositionibus secundariis vide §§ 76. 78. 79. 81. 82. 83. 84.

§ 47. De optativo.

Optativi propria vis est, ut indicet, aliquid non esse, sed cogitari tantum, propterea ab iis maxime adhibetur, qui optant, suspicantur, dubitant, animum ad rem aliquam propensum habent. Naturæ huius modi convenit, quod multo saepius in propositione secundaria quam in primaria reperiatur, et quod particulam ἄν, cuius usus Græcis maximopere placebat, plurimus locis comitem habeat. Scriptores s. in usurpando optativo pauciores sunt, quod non solum ex consuetudine prava, sed potius ex orationis argumento et adornatione, occasionem et ansam non tam saeppe præbente, explicandum est. Legitur tamen optativus mox addita mox omissa particula ἄν, in oratione tum directa tum indirecta.

1. Sine ἄν Phil. 20. Ναί, ἀδελφέ, ἐγώ σου ὄνταιμην ἐν κυρίῳ ita, frater, utinam te fruar in Domino! I. Thess. 5, 36. Θεὸς τῆς εἰςήνης ἀγιάσαι υἱοῦς Deus pacis sanctificet vos. L. 20, 16. μὴ γένοιτο absit; hac formula negatio vehementior apud s. Paulum saepius exprimitur.

In detestationibus: Mr. 11, 13. ἐκ σοῦ μηδεὶς καρπὸν φάγοι amplius nemo ex te fructum manducet! Act. 8, 26. Τὸ ἀργύριον σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλεικην pecunia tua tecum sit in perditionem.

Nota 1. Loco huius optativi legitur imperativus Gal. 1, 8. 9.

Nota 2. Particulæ opt. εἰ γάρ, εἴθε in N. T. desiderantur.

2. Cum ἄν optativus potentialis legitur Act. 26, 29. εὐξαίμην ἂν τῷ θεῷ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου. . . γένεσθαι τοιούτους, ὅποιος κάγω εἰμι' (přál bych si . . .). 17, 18. τί ἂν θέλοι οὗτος λέγειν; Was hat denn dieser zu sagen. Pro βουλοίμην ἂν in N. T. inventitur ἐβουλόμην v. §. 45. Loco optativi potentialis saepius occurrit fut. indic. e. g. Rom. 3, 6. ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ θεὸς τὸν κόσμον; quomodo Deus mundum judicabit? (Jak by mohl Bůh svět souditi?)

De optativo in propositionibus secundariis serius §§ 76—83. sermo recurret.

§ 48. De imperativo.

Imperativo non solum res vel actio imperata, sed etiam permissa exprimitur. Particula neg. est μὴ. Tempus imperativi est præsens vel aoristus.

1. Scriptores N. T. recte utuntur

a) imperativo præs., ubi rem diutius perdurantem vel sæpius repetitam notant; item si præcepta generalia vel regulas communes inculcant; e. g.

Mr. 8, 15. βλέπετε ἀπὸ τῆς ξύμης τῶν Φαρισαίων cavete a fermento Pharisæorum; 9, 7. αὐτοῦ ἀκούετε ipsum audite! Luc. 22, 40. προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν orate, ne intretis in temptationem.

b) imperativo aorist., cum rem brevi absolvendam aut semel faciendam indicant (casus singulares) e. g. Mt. 8, 7. ἀλλὰ μόνον εἰπὲ λόγῳ sed solum dic verbo; 14, 8. δός μοι da mihi (scil. caput Jo. Bap.) Jo. 4, 16, φώνησον τὸν ἄνδρα σου καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε voca maritum tuum et veni huc. Mt. 7, 6. μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσίν nolite dare sanctum canibus! Petitiones in oratione dom. in aoristo leguntur excepta L. 11, 3. τὸν ἄρτον δίδου. In salutationibus semper aorist. ἀσπάσασθε occurrit.

Nota 1. Passim autem auctores s. a veterum consuetudine aberrant aoristo utentes, ubi præsens maiore jure ponendum erat; sed non oblidiscendum, auctores rem imperatam potius ut statim incipiendam vel breviter absolvendam cogitare potuisse: e. g. Jac. 4, 9. ταλαιπωρήσατε καὶ πενθήσατε καὶ κλαύσατε Affligeite vos ipsos et lugete et plorate (dejte se do trýzně, nářku a pláče!) Mt. 11, 29. Mr. 16, 15. Act. 16, 15. — I. Jo. 5, 21. φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν ἐιδώλων custodite vos a simulacris (ustaňte ... byl-li kdo ještě nakloněn.)

Nota 2. Interdum imperativi præs. et aor. diversam suam potestatem tenentes coniunguntur. e. g. Mr. 6, 38. ὑπάγετε (actio diutius durans) καὶ ἴδετε (uno temporis puncto absoluta); Jo. 1, 47. ἔρχου καὶ ἴδε.

2. Imperativus permissivus; ratio hunc imperativum usurpandi tum e consuetudine Hebræorum tum ex ingenio linguae græcæ profecta est; nam qui alicui aliquid permittit, is eius consilium vel actionem dirigit, potestatem rei agendæ ei faciens, auctorem se ei præbens; e. g. Jo. 2, 19. λύσατε τὸν νχὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν τῷ μέρᾳ... = ἐὰν καὶ λύσητε...; Mt. 8, 32. ὑπάγετε abire licet coll. v. 31., ubi dæmones Jesum precantur: permitte nobis ingredi in porcos; conf. Luc. 8, 32. Eodem sensu Jesus proditori suo Jo. 13, 27. suadet: ὁ ποιεῖς ποίησον τάχιον. Similiter nonnulli verba Christi Mt. 26, 45. καθεύδετε καὶ ἀναπαύεσθε (ironia autem non admixta) intelligunt: Nun möget ihr schlafen und ausruhen. Ephes. 4, 26. ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἀμαρτάνετε primus imperativus est permissivus: etiamsi irascamini, nolite autem peccare.

Nonnunquam scriptores N. T. duos imperativos per καὶ ita connectunt, ut priori conditionem indicent, sub qua, quod altero edicitur, adsequi liceat; (Lat. „divide et impera“). Jo. 7, 52. ἔρευνησον καὶ ἴδε si perscrutatus fueris, videbis. I. Cor. 15, 34. ἔκνήψατε καὶ μὴ ἀμαρτάνετε. Sæpius coniunctio omittitur: I. Tim. 6, 12. ἀγονίζου τὸν καλὸν ἀγῶνα τῆς πίστεως, ἐπιλαβοῦ τῆς ἀιωνίου ζωῆς = si certas bonum certamen fidei, accipies vitam æternam.

Nota 1. Pro imperativo haud raro quoque occurrit in N. T. a) coniunctivus vide § 46 b) indicativus fut. § 45.

Nota 2. Nonnulli interpretes etiam infinitivum pro imperativo possum esse putant e. g. Rom. 12, 15. Χαίρειν μετά χαιρόντων, κλαίειν μετά κλαιόντων (gaudete... flete); attamen hæc dictio proverbialis est, quae, qua dicitur forma, ab apostolo orationi immissa est; non igitur ob antecedentes imperativos (εὐλογεῖτε, μὴ καταρρίψθε) necesse est, ut hos infinitivos imperative intelligamus. Ita et in aliis locis.

§ 49. De infinitivo.

Infinitivus in lingua græca præter naturam nominis substantivi potestatem quoque verbalem habet, quæ vario modo manifestatur; etenim interdum particulam à comitem habet, con-

struitur cum iisdem casibus sicuti verbum finitum, nonnunquam et proprium subiectum habet et cet.

De subiecto infinitivi.

Subiectum infinitivi, si a subiecto periodi præcedentis non est diversum, omittitur; e. g. Luc. 24, 23. γυναῖκές τινες ἦλθον λέγουσαι καὶ ὄπτασίαν ἀγγέλων ἐωρακέναι et mulieres quædam venerunt dicentes, se etiam visionem angelorum vidisse. Prædicatum, quod in huiusmodi locis interdum subiecto additur, in nominativo poni solet, e. g. Rom. 1, 22. φάσκοντες εἶναι σοφοί.

Nonnunquam tamen gravitatis claritatisve causa subiectum infinitivi, etiamsi cum subiecto periodi regentis identicum sit, exprimendum est; tunc non solum subiectum, sed etiam prædicatum eius in accusativo ponitur; e. g. Act. 5, 36. Θεοδᾶς λέγων εἶναι τινα ἔσωτόν. Rom. 2, 19. πέποιθάς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν confidis, te ipsum esse ducem cæcorum.

S. auctores infinitivo, qui a præpositione dependet, subiectum (pronom.) addere amabant, quamquam a subiecto propositionis regentis non differebat; e. g. Mt. 26, 32. μετά δὲ τὸ ἐγερθῆναι με προάξω ὑμᾶς postquam autem resurrexero, præcedam vos... Luc. 2, 4. Ἰωσὴφ ἀνέβη... διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δασκεῖδ Joseph ascendit... eo quod esset de domo et familia Davidica.

Subiectum infinitivi, si aliquo modo in periodo præcedenti continetur (in casu indir.), supprimitur, prædicatum autem eius plerumque in accus., rarius in alio casu ponitur; e. g. Luc. 1, 74. τοῦ δοῦναι ἡμῖν ρύσθεντας λατρεύειν. Act. 15, 22. Τότε ἔδοξε τοῖς πρεσβυτέροις ἐκλεξαμένους (ABL ἐκλεξαμένοις). πέμψαι. Hebr. 2, 10. Ἔπρεπεν γὰρ αὐτῷ ἀγαγόντα τὸν ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας τελειώσαι. In dativo e. g. L. 1, 3. Ἐδοξε καροῖ, παρηκολουθηκότι γράψαι.

Subiectum infinitivi, si a subiecto verbi regentis diversum est, in acc. ponitur; e. g. L. 2, 1. ἐξῆλθε δόγμα ἀπογράφεσθαι πᾶσαν οἰκουμένην exiit edictum, ut censeretur universus orbis. I. Tim. 1, 3. παρεκάλεσάς σε προσμεῖναι admonui te remanere.

§ 50. De infinitivo subiectivo.

Infinitivus, qui locum subiecti tenet, adiungitur pluribus verbis impersonalibus similibusque dictionibus, sicuti sunt: δεῖ, γρή, δοκεῖ, ἔξεστιν, συμφέρει; — καλὸν, δίκαιον, δύνατόν ἔστιν; — ὥρα, καιρός ἔστιν et al. e. g. Mt. 15, 26. οὐκ ἔστι καλὸν λάβειν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων... 17. Κύριε, καλόν ἔστιν ἡμᾶς ὅδε εἶναι. Act. 2, 24. οὐκ ἔν δύνατὸν κρατεῖσθαι αὐτόν...

Nonnulla impersonalia constanter cum infinitivo coniunguntur (δεῖ, ἔξεστι, ἐγένετο, δύνατόν εστι), cetera autem aliam quoque constructionem admittunt, et quidem:

a) ἵνα cum coniunctivo (indic. fut.), quæ in N. T. sæpe legitur e. g. Mt. 5, 29. συμφέρει γάρ σοι, ἵνα ἀπολῦται ἐν τῶν μελῶν σου.. 25. Ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος χύτοῦ. Jo. 18, 39. "Εστιν δὲ συνήθεια ὑμῖν, ἵνα ἐνα ἀπολύσω ὑμῖν ἐν τῷ πάσχα. I. Cor. 4, 3. ἐμοὶ εἰς ἐλάχιστον ἔστιν, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ. — Similiter construuntur phrases: γείσαν ἔχω, ἵνα... Jo. 2, 25. 16, 30., ἔξουσίαν ἔχω, ἵνα.. ἔργεται ὡς, ἵνα... οὐκ εἴμι ικανός, ἀξιός, ἵνα. dein occurrit ἵνα cum particula comparat. ἢ: L. 17, 2. λυσιτελεῖ αὐτῷ εἰ περίκειται. ἢ ἵνα σκαδαλίσῃ. I. Cor. 9, 15. καλόν μοι μᾶλλον ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσει.

b) pronomen relativum: L. 7, 4. ἀξιός ἔστιν ὃ παρεξῆγ τοῦτο Jo. 5, 28.... ἔργεται ὡς ἐν ἣ πάντες ἀκούσονται.

c) τοῦ cum infinitivo: I. Cor. 16, 4. ἐὰν δὲ ἢ ἀξιόν τοῦ κἀμε πορεύεσθαι. I. Petri 4, 17. καιρὸς (scit. ἔστι) τοῦ ἀρέσασθαι τὸ κρίμα.

Nota. Constructio personalis (nominat. cum infinit.) illorum verborum et phrasium, quæ apud profanos auctores græcos sæpius occurrit, in N. T. rarius legitur.

§ 51. De infinitivo obiectivo.

Infinitivus est etiam nota obiecti, quod antecedens verbum postulat, si ad obiectum illud indicandum aliquod nomen admittere non licet. Verba, quæ særissime in N. T. infinitivum obiec-

tivum secum ducunt, sunt: θέλλω, βούλομαι, μέλλω, εἴωθα, δύναμαι, οἶδα; dein verba, quibus sententia petendi, auhelandi, suadendi, præcipiendi, metuendi, periclitandi et sim. inest.

Pro infinitivo nonnunquam hæc verba coniunctivus cum particula ἵνα sequitur, imprimis in illis locis, in quibus utrumque verbum suum subiectum habet; simili modo veteres scriptores coniunctiones ὡς, ὅπως, cum coniunctivo post illa verba ponere solebant; sed loco ὅπως posterior ætas ἵνα, quod usitatus esset, adhibuit, qui usus in N. T. ita invaluit, ut quædam illorum verborum sæpius cum ἵνα, quam cum infinitivo construerentur, e. g. ζήλω I. C. 14, 1. ἀγωνίζομαι Jo. 18, 36. βλέπω I. Cor. 16, 10. φυλάσσομαι II. Pet. 3, 17. παρακαλῶ Mt. 14, 36. διαμαρτύρομαι I. Tim. 5, 21. ἐντέλλομαι Mr. 13, 34. κηρύσσω Mr. 6, 12. διαστέλλομαι Mt. 16, 20. ἐπιτιμῶ Mt. 20, 31. ἀγγαρεύω Mt. 27, 32. ἀφίημι Mr. 11, 16. et a.

modo cum infinitivo modo cum ἵνα leguntur verba: βουλεύομαι c. ἵνα Jo. 11, 53. c. inf. Act. 5, 33. — ζητῶ c. ἵνα I. Cor. 4, 2. c. inf. Mt. 21, 46. — δέομαι c. ἵνα L. 9, 40. 21, 36. 22, 12; c. ὅπως Mt. 9, 38. L. 10, 2. c. inf. Act. 8, 24. — ἐρωτῶ c. ἵνα Mr. 7, 26. c. ὅπως L. 7, 3. c. inf. Jo. 4, 40. — αἰτοῦμαι c. ἵνα Col. 1, 9. c. inf. L. 23, 23. — προσεύχομαι c. ἵνα Mr. 14, 35. c. inf. L. 22, 40. — ποιῶ cum ἵνα Mr. 3, 14. c. inf. Mr. 1, 17. — πείθω c. ἵνα Mt. 27, 20. c. inf. Act. 13, 43. — γράφω (= per litteras jubere) c. ἵνα Mr. 12, 19. c. inf. Act. 18, 27.

Nota. In nonnullis locis N. T. est constructio cum infinitivo obiectivo paulo liberior vel hebraistica; e. g. Mt. 7, 5. διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος. Act. 15, 14. ἐπεσκέψατο λαβεῖν. Hebr. 11, 8. ὑπήκουσεν ἐξελθεῖν. Act. 16, 14. ἦς διήνοιξεν τὴν καρδίαν προσέχειν.

§ 52. De constructione infinitivi cum accusativo.

Infinitivum obiectivum sibi adsciscunt verba sentiendi, cognoscendi, declarandi; subiectum infinitivi, ubi diversum est a subiecto verbi regentis, in accusativo ponitur. Præter hanc

constructionem „infinitivi cum accusativo“ legitur post illa verba jam in scriptis veterum Græcorum ὅτι vel ὡς cum verbo finito. In N. T. hic usus (ὅτι) ita prævalet, ut a consuetudine Veterum nonnunquam valde discrepet; in specie est notandum:

1. φάναι (dicere) cum ὅτι I. C. 10, 19. contra consuet. Græcorum). λάλειν rarius c. ὅτι, nunquam c. acc. c. inf.; cum participio: ἐλάλησεν λέγων; similiter ἔχοαζεν λέγων, ἀπεκρίθη λέγων et sequitur oratio directa. — Nonnunquam illa verba accusativum adiunctum habent, sed pro infinitivo legitur ὅτι vel οὐ; e. g. Mr. 11, 32. ἀπαντεῖς εἰχον (latin.) τὸν Ἰωάννην ὅτι. προφήτης ήν. Act. 16, 3. Ap. 3, 9.

2. Verba „præcipiendi“ sequitur constructio passiva, si persona, cui præcipitur, non est expressa; e. g. Mt. 18, 25. ἐκέλευσεν αὐτὸν ὁ κύριος πραθῆναι. — Nomen (pron.) personæ, quæ mandata exsequi jubetur, in dat. vel accus. cum inf. ponitur; e. g. Mr. 6, 39. Καὶ ἐπέταξεν αὐτοῖς ἀνακλῖναι Act. 15, 2.. ἔταξαν ἀναβαίνειν Παῦλον καὶ Βαρνάβαν καὶ τινας ὄλλους.. εἰς Ἱερουσαλήμ. Similiter construitur λέγειν significatione „præcipiendi“.

3. Verba „rogandi“ (ἐρωτῶ, παρακαλῶ, αἰτοῦμαι) postulant accusativum personæ rogatæ, quem adhuc acc. c. inf. sequi protest; e. g. Act. 13, 28.. ἦταν σαντο Πιλᾶτον ἀναιρεθῆναι αὐτὸν I. Thess. 5, 27. ὄρκίζω ὑμᾶς... ἀναγνωσθῆναι τὴν ἐπιστολὴν πᾶσιν τοῖς ἀγίοις ἀδελφοῖς. Sed ad δέομαι genitivus (pers. regatæ) cum infinitivo accedit; e. g. L. 8, 38. Ἐδέετο δὲ αὐτοῦ ὁ ἀνήρ. εἶναι σὺν αὐτῷ. 9, 38. δέομαι σου ἐπιβλέψαι ἐπὶ τὸν νίόν μου.

4. Cum verbis impersonalibus (§ 50.) non solum infinitivus (subiect.), sed etiam acc. c. inf. coniungitur, e. g. Jo. 18, 14. συμφέρει ἔνα ἀνθρώπον ἀποθανεῖν...; loco accusativi plerumque dativus legitur (lect. var.) Mr. 9, 45. καλόν ἐστίν σε (σοι) εἰσελθεῖν τὴν ζωὴν χωλόν... Luc. 6, 4. οὓς οὐκ ἔξεστιν φαγεῖν εἰ μὴ μόνους τοὺς ἱερεῖς (dat.; l. v.).

Nota. Frequentissimus est in N. T. usus accusativi c. inf. post impersonale ἐγένετο; e. g. Mr. 2, 23. ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν factum est cum ambularet....

§ 53. De infinitivo determinativo.

1. Inf. determ. additur substantivis et adiectivis facultatem qualitatemque indicantibus, e. g. Luc. 8, 8. ὅτα ἀκούειν ᔁχων qui habet aures ad audiendum. Ac. 9, 14. ἔξουσία δῆσαι πάντας; II. Tim. 2, 2. ικανὸς ἐτέρους διδάξαι. Hebr. 5, 11. λόγος δυσερμήνευτος λέγειν.

2. Exegeticus post pronomen demonstrativum, e. g. I. Thess. 4, 3. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ὁ ἀγιασμὸς ὑμῶν, ἀπέχεσθαι ὑμᾶς... Jac. 1, 27. θρησκεία καθαρὰ... αὕτη ἐστίν, ἐπισκέπτεσθαι ὄφράνους...

Nota. Pro inf. saepe legitur constructio ἵνα cum verbo finito (impr. apud s. Joannem) indicans, quid faciendum aut non faciendum sit; e. g. Jo. 6. 29. τοῦτο ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς δν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος. I. Jo. 5, 3. Αὕτη γάρ ἐστι ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὰς ἐντολάς αὐτοῦ τηρῶμεν. Pronomine non præcedente: Ἐμὸν βρῶμά ἐστι, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με Jo. 4, 34. Sed ad factum aliquod significantum non adhibet s. Jo. post pronomen demonstr. ἵνα, sed ὅτι; e. g. I. Jo. 3, 16. ἐν τούτῳ ἐγνώκαμεν τὴν ἀγάπην, ὅτι ἐκεῖνος ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔθηκεν.

3. Finalis, qui saepius in N. T. occurrit post verba: dare, tradere, accipere, mittere et synon. significationis; e. g. Οὐκ ἔλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρώσαι Mt. 5, 17. Τότε ὁ Ἰησοῦς ἀνήγαγε εἰς τὴν ἔρημον ἀπὸ τοῦ πνεύματος πειράσθηναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου Mt. 4, 1. Luc. 18, 16. Mr. 3, 14. Act. 5, 21. 10, 32. Tamen nonnunquam ἵνα: Mt. 27, 26. παρέδωκεν ἵνα σταυρωθῇ. In quibusdam fixis phrasibus nonnisi infinit; e. g. παραδιδόναι φυλάσσειν; διδόναι φαγεῖν, πιεῖν.

4. Consecutivus cum particula ὥστε, eventum indicans, apud auctores N. T. saepissime reperitur; e. g. Mt. 8, 24. ὥστε τὸ πλοῖον καταλύπτεσθαι (ita) ut navigium obtegeretur. L. 12, 1. ὥστε καταπατεῖν ἀλλήλους ita ut se invicem conculcarent.

Nota 1. Paucis locis ὥστε potius particulæ finalis notionem habet e. g. L. 20. 20. ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, ὥστε παραδοῦναι αὐτόν ut traderent; vice versa ἵνα pro inf. consecutivo

positum esse videtur, e. g. Jo. 9, 2. τίς ἡμαρτεν ἵνα τυφλὸς γεν-
εθῇ; I. J. 1, 9. πιστός ἐστιν καὶ δίκαιος, ἵνα ὁφῆ τὰς ἀμαρτίας.

Nota 2. De particula πρὶν cum inf. vide § 83.

Nota 3. Inf. *absolutus* solummodo in phrasi ως ἔπος
εἰπεῖν Hebr. 7, 9. reperitur.

§ 54. De infinitivo vices substantivi gerente.

a) De infinitivo cum articulo.

Infinitivus verbi græci auxilio articuli præpositi in formam substantivi mutatur et in omnibus casibus legitur. Sic occurrit:

1. In nominativo, e. g. Philip. 1, 21. ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν Χριστός,
καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος — et accusativo, e. g. I. Cor. 14, 39.
ζηλοῦτε τὸ προφητεύειν II. C. 10, 2. δέομαι τὸ μὴ παρὼν θήρασαι.

2. In genitivo α) ad substantiva: χρόνος, καίρος, ἔξουσία, ἐλπίς,
χρεία et a. Luc. 1, 57. Τῇ Ἐλισάβετ ἐπλήσθη ὁ χρόνος τοῦ τεκεῖν.
10, 19. δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὅφεων. Act. 27, 20.
I. C. 9, 10. Rom. 15, 23. Hebr. 5, 12, β) ad adiectiva: I. Cor.
16, 4. ἀξιον τοῦ πορεύεσθαι. γ) ad verba: Luc. 1, 9. ἐλαχεν τοῦ θυ-
μιᾶσαι. 4, 42. Act. 10, 47. 14, 18.

Nota 1. τοῦ vel τοῦ μὴ cum inf. plerumque aptissime po-
test resolvi per particulam finalem ἵνα vel consecutivam ᾖστε.

Nota 2. Nonnunquam τοῦ ad alterum inf. claritatis causa
præponitur, e. g. L. 1, 76.—77. προπορεύσῃ γὰρ . . . ἐτοιμᾶσαι
όδοὺς . . . τοῦ δοῦναι . . . 2, 22. 24. ἀνήγαγον αὐτὸν . . . παραστῆσαι
καὶ τοῦ δοῦναι . . .

Nota 3. Sæpe τοῦ ad modum hebraici הַ, quo Hebræi ver-
bum finitum cum inf. coniungebant, legitur; tunc utique redundat.

3. In dativo ad causam indicandam invenitur II. Cor. 2, 13.
οὐκ ἐσχῆκα ἀνεσιν τῷ πνεύματι μοῦ τῷ μὴ εύρειν με Τίτον. (Putant
nonnulli grammatici, ante τῷ μὴ omissum esse ἐν).

b) De infinitivo cum præpositionibus.

Infinitivus a præpositionibus dependens articulo instructus
esse debet. Præpositiones, quæ accusativum infinitivi regunt, sunt:

Εἰς τὸ . . . finem vel effectum indicans, e. g. Mt. 20, 19. παραδώσουσιν εἰς τὸ ἐμπαῖξαι tradent ad illudendum. Mr. 14, 55. Act. 7, 19. Jac. 1, 18. Rom. 1, 20. εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους — ita ut sint inexcusabiles Jac. 1, 19. ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι. Sed Philip. 1, 23. ἐπιθυμίαν ᔁχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι.. εἰς τὸ (non fin.) redundant, quia est imitatio hebr. **לֹא**.

Πρὸς τὸ . ad finem vel effectum indicandum, e. g. Mt. 5, 28. ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτήν. I. Thes. 2, 9. πρὸς τὸ μὴ ἐπιβασῆσαι τινα ὑμῶν ne quem vestrum gravaremus.

Διὰ τὸ ad rationem vel causam significandam, e. g. L. 2, 4. διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου quia erat de domo Luc. 8, 6. Mt. 13, 5. 6. Mr. 4, 5. 6. Philip. 1, 7. Jac. 2, 24.

Μετὰ τὸ . . . tempus denotans, e. g. Mr. 1, 14. μετὰ δὲ τὸ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην postquam autem traditus est J. (attic. παραδοθέντος δὲ τοῦ Ἰωάννου), quae constructio hebraistica est e. g.: **עַשְׂתִּי מֵתִים יְהִי רְאֵן** post mori Josuam = Josua mortuo.

Cum genitivo occurunt:

Ἄντι τοῦ e. g. Jac. 4, 15. ἀντὶ τοῦ λέγειν pro eo, ut dicatis.

Διὰ τοῦ e. g. Hebr. 2, 15. διὰ παντὸς τοῦ ζῆν per totam vitam.

Ἐκ τοῦ . . . e. g. II. C. 8, 11. ἐκ τοῦ ᔁχειν (= v. 12. καθό ἔσαι ᔁχη) secundum id, quod habet (dle majetku, možnosti).

Ἐνεκεν . e. g. II. C. 1, 12. ἐνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν manifestandæ sollicitudinis causa.

Ἐώς . . . e. g. Act. 8, 40. ἐώς τοῦ ἐλθεῖν donec veniret

Πρὸ . . . e. g. Mt. 6, 8. πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι antequam petitatis. L. 2, 21. πρὸ τοῦ συλληφθῆναι αὐτόν priusquam conciperetur.

Dativo infinitivi præponitur: 'Εν denotans α) tempus, e. g. Mt. 13, 4. ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν = σπείροντος αὐτοῦ. (hebr. **בְּ** e. g. **בָּאָה** veniente vel cum venisset); sæpe post ἐγένετο L. 1, 8. ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ιερατεύειν αὐτόν factum est autem, cum sacerdotio fungeretur vel simpl. cum sacer. fungeretur. β) causam, e. g. Hebr. 2, 8. ἐν γὰρ τῷ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα quia ei subiecit omnia . . . 8, 13. L. 1, 21. Act. 3, 26.

Corrigenda.

Pag. 5. l. 10. legas κῆρυξ. 13. βροντᾶ. 17. σαλπίγκτης. —
6. 28. deleas — 25. legas καὶ. 16. ἀνήρ. 17. τοῦ. — 7. 31. 1.
κράζοντα. — 9. 8. expung. post ἔστιν. — 10. 22. 1. εὐαγγελίζηται.
— 11. 13. expung. , post καιροῖς. 24. θῆλυ. 25. ἀμαρτωλός. —
12. 6. ἀνθρώποις. — 13. 3. θαυμαστόν. 4. ὄφθαλμοῖς. 17. μίαν. —
15. 13. νυμφῶνος. 22. ἐπτὰ. — 16. 20. jucunda. — 17. 3. ἐλαίου.
9. νχοῦ. 16. sanguis. — 19. 16. substantiva. — 23. 21. κεκοινώνηκεν.
— 24. 6. κατακυριεύειν. — 25. 4. πλησθήσεται. — 27. 26. ψηλαφωμένω.
— 28. 14. εὐαγγέλιον. 19. angustiorem. — 30. 3. πνεύματί. —
31. 14. λήψονται. 34. κατὰ. — 32. 30. resolvitur. — 33. 18. ἐν τ.νι.
31. ducant. — 34. 15. ἀπὸ. 19. ἐθαύμαζον. 20. ἐθαύμασαν. —
36. 30. ὠνείδιζον. — 37. 4. αὐτῶν. 11. δόδον. 19. est hodie, —
39. 9. καὶ. 16. οὐρα — 31. δέ. — 40. 27. Sic jam . — 41. 19.
σου. 31. πατρὸς. — 43. 7. ἐσκήνωσε. 11. integros. 18. baptizo. —
44. 7. η. — 45. 20. γὰρ. 30. ἀμετρα. — 47. 24. ἔξορκίζω. —
48. 16. inscriptiones. 17. Matthäus. 29. ἀσεβῶν. 50. 15. ἡγαλλίασε.
19. δίκτυον. — 51. 12. ποίμνην. 23. αὐτοῦ 35. μετὰ. — 52. 22.
εἰστήκεισαν. 32. λίμνην. — 53. 8. τὸν. — 54. 15. δένδρων. —
55. 3. εὐαγγελίου. 17. σκιάν. — 57. 7. παρεκτός. 8. amodo. 13. sanctus.
— 59. 21. μείζων. — 60. 24. ἀγγέλου. — 61. 14. singillatim. —
63. 11. ὡφείλομεν. 17. ἐστέ. — 64. 15. pluralem. — 65. 2. (invicem).
— 66. 23. ἐστι. — 68. 7. ἐκζητήσωσιν. 14. ὑπέστρεψεν. 28. κάγῳ. —
70. 10. ἐστίν. — 71. 19. legitur. 22. αὐτὸν. — 72. 25. angustioribus.
27. ἐσαυτὸν. — 73. 23. addentes sententiam. — 74. 28. κατ' ἔξοχὴν.
— 76. 29. σώπου. — 78. 5. cognitio. 26. παρόγνωσις. —
79. 7. πᾶσαι. 24. γεγονότας. — 80. 11. Eph. 16. διαλογισμὸς. 17. cogitation. —
88. 8. fönnet. — 93. 9. συμφώνου. — 98. 23. praecedenti. —
— 101. 6. λαλεῖν. 24. rogatae. — 102. 23. πληρῶσαι. — 103. 2. νηθῆ.
29. πνεύματί μου. — 104. 10. ἐπιβαρῆσαι.

Citata. Pag. 95. 14. I. Thess. 5, 23. — 96. 17. addas ad § 46,
3.: Mt. 7, 6. — 99. 13. Mt. 10, 25. — 100. 19. L. 22, 32.
ibidem expungas c. inf. — 102. 25. Act. 10, 33. —
104. 13. Jo. 2, 24.

